





Cat. 7

Incipit solēne opus expositiōis Euangeliorū dominicaliū tocius anni reuerendi magistri Alberti de Padua ordinis fratrū heremitaꝝ sci Augustini

Domine deus ecce nescio loqui quia puer ego sum: ꝛ tamē laudare te cupit hō aliq portio creature tue: circūferēs mortalitatem suā: circūferēs testimoniū pcti sui. Magnꝰ quidē es domine ꝛ laudabilis valde: magna virtus tua: ꝛ sapiētie non ē numerꝰ. Supbis enī resistis ꝛ graciā prestas humilibus. Quō loquar ad dominū meū cū sim puluis ꝛ cinis: rethit me a ſmone tuo scripture nesciēcia: cū scriptū sit. Priusq̄ loquaris disce: ꝛ post oīa terret īexpiencia studii: qa puer ego sū. Uerūtamē patet tibi desideriū aīe mee qui scrutans renes ꝛ corda: ꝛ scis domine quia cupit te laudare aīa mea: tu desiderare dedisti: da ꝛ pficē: ut narrē nomen tuū fratribus meis: ꝛ in medio ecclesie laudē te. Aperi igit͛ mihi domine thesauꝝ sacre intelligencie tue: ꝛ da sermonem rectū ꝛ benesonantē in os meū. Ecce coram te sunt fragilitas. nesciencia. et infirmitas mea. Tu fragilem firma mentē spū pricipali tuo. vt dicā illud pheticū. Uerūtamē ego repletus sū fortitudine spūs domini. iusticia ꝛ iudicio. vt anūciem iacob peccatū suū ꝛ isrl' scelus suū. Audiā vocē tuā. audiā illā domine purgantē ignorancia. Emitte seraphin sanctū tuū qui mūdet labia mea calculo quē forcipe tulerat de altari. ne mihi dicas. quare tu enarras iusticias meas ꝛ assumis testamētū meū p os tuū. Sana domine infirmitatē cecitatis ꝛ īexpiencie: qui iussisti vt iuuenes ꝛ virgines senes cū iunioribus laudarent nomē domini. Tu suscitasti spiritum sanctū tuum iunioris pueri. ꝛ apud te nulla īfirma etas est. nisi que pctō languescit. Dic ergo mihi. Noli dicere quia puer ego sum. quoniā ad oīa que mittā te ibis ꝛ vniuersa quecūq; mandauero tibi loqueris. dicas ꝛ obediendi des facultatē. ꝛ acceptabile tibi reddat͛ lingue atq; stili obsequiū beate marie v͛ginis meritis ꝛ precibꝰ. atq; scōꝝ cōfessoꝝ Augustini ꝛ Gregorii. omniūq; sanctoꝝ. q viuis ꝛ regnas i secl'a seculoꝝ. Amē

Explicit plogꝰ Incipit expositio prenarrata. Dominica prima de aduētu. prima pars.

Runt signa in sole ꝛ lūa ꝛ stellis. ꝛ ī terris pressura gencium Luc. xxi caº: Ad natalicia pricipum celebranda consueuit antiqtus se quilibet preparare. Qua consuetudine ordinauit ecclesia vt hoc tēpore aduentus quilibet fidelium se pparet ad sui pricipis natiuitatē digno suscipiendā honore. Sed nē crederes hoc esse modicū. Ideo in euangelio hodierno legit͛ quanta sit maiestas ꝛ potēcia xpi que in iudicio apparebit. quādo p meritis reddet vnicuiq;. Et qa aliqui bonū agunt amore pmii. aliq vo timore pene. Ideo vtrūq; in euangelio primo aduentus legit͛ vt ex his qlibet ex... et saluatoris deuote natiuitatē suscipere

Quatuor igit͛ in psenti euāgelio tanguntur Primū est creature mundi



inconsueta turbatio Secundum est venientis iudicis magnifica apparitio ibi // et tunc videbunt etc. Tercium est electorum propinqua consolatio ibi // his autem fieri etc. Quartum est futurorum certa confirmatio ibi // amen dico uobis etc.
Propter primum autem sciendum est quod signa precedencia aduentum domini pauca tangunt hic. Sed vt dicit magister in historiis scolasticis. Jeronimus in cronicis hebreorum 15. signa inuenit que licet apocripha sit dicunt tamen debere precedere aduentum christi. Prima namque die eriget se mare quadragita cubitis super omnes montes stans velud murus inmobile. Secunda die sic in profundo descendet vt vix appareat. Tercia die marine belue super mare apparentes dabunt terribiles voces ad celum. Quarta die ardebit mare et aqua omnis. Quinta die omnia virencia dabunt rorem sanguineum Sexta die corruent omnia edificia. Septima die collidentur petre adinuicem. Octaua die erit terremotus generalis. Nona die montes equabuntur vallibus. Decima die exeuntes homines de cauernis velud amentes ibunt et inuicem loqui non poterunt Undecima die stabunt ossa mortuorum super sepulcra. Duodecima die cadent stelle. Terciadecima die omnia viuencia morientur. Quartadecima die ardebunt celum et terra. Quintadecima die resurgent cuncti homines. et fiet celum nouum et terra. Utrum ita futurum sit non est autenticum quia in sacra scriptura non reperitur. Uerumtamen quod aliqua signa sint hoc nobis constat ex euangelio. que autem illa sint nescimus nisi illud quod in scriptura dicitur. Tres autem sunt cause signorum precedencium Prima quia vt dicit Crisostomus. sicut homo moriens patitur fantasias et turbationes maximas. sic mundus deficiens totus conturbabitur. homo enim minor mundus est. et ideo minori deficiente in maiori mundo. ex minori oportet cognoscere. Secunda causa est propter hominis punitionem. nam vt dicitur Sap. 11. c. Per que aliquis peccauerit per hec et torquetur. Et quia homo peccauit abutendo creatura mundi per eadem. creatura suis nouitatibus eum torquebit. Unde Sap. 5. c. Pugnabit pro eo orbis terre contra insensatos. Tercia causa huius est quatenus manifestetur omnipotencia. ad cuius aduentum omnis creatura contremescit. Unde Malach. 3. c. dicitur. Quis poterit cogitare diem aduentus eius et quis stabit ad videndum eum. Obmissis igitur aliis exequamur de his signis que in euangelio tractantur et ponuntur quatuor genera signorum. s. in creatura celesti corporea. secundo in creatura inferiori corporea. Tercio in creatura presenti corporali partim spirituali que est homo. quarto in creatura pure spirituali que est angelus Primo itaque ponuntur signa in creatura celesti corporea. vnde dicit // Erunt signa // Signum licet aliquid sit in se. ad aliquid tamen aliud ostendendum assumitur. in sole qui preest diei et generalem in se omnium virtutum corporalium continet virtutem // et luna // que preest nocti luminare minus et temperat excellenciam virtute solis // et stellis // que decorant noctem. et generalem virtutem solis et lune determinant ad speciales effectus. Nota quod sic fuerunt creata hic celestia corpora vt essent in signa et tempore durante mundo ita hic ordinata sunt. vt sui nouitate finem mundi denuncient. que autem ista signa sint futura non dicitur hic. Sed legitur Ysa. 13. c. Stelle celi et splendor earum expandent lumen suum. Obtenebratus est sol in ortu suo et luna non splenduit in lumine suo Hic queritur de defectu

celestium luminarium. et primo de sole. et quomodo itelligenda sit obtenebratio ei⁹. Et dic Origenes. q ex magno fumo ignis eleuato qui ardebit in consumatione seculi. obtenebrabitur superior pars aeris. ita vt lumen solis non appareat. Secundo ad hoc respondet Jeronim⁹. q comparatiue diuine lucis que apparebit videbit obscurat⁹ sic lumē cādele nō lucet in die. Tertio respondet Raban⁹ q nihil prohibet qn luminaria mundi vere tunc amittant lucem propriam ut peracto iudicio. sic lux lune sicut lux solis luceat. sol autē septempliciter. vt dicitur Ysa. 30. c. hoc autem rationabile. Naz lux ista celestium corporum ē generatiua ꝛ corruptiua et quia tunc cessabunt omnia ista. Ideo luminaria celi amissa ista luce alterius dispositionis nouaz recipient claritatem Quarta causa q̄re sol obtenebrabitur est ad penam reproborum quia enim abusi sunt claritate eius. obtenebrabūt. sicut egipciis date sunt tenebre ita dense vt palpari possit Exo. 10. ca° Unde dicitur Sap. 18. c. pctōrib⁹ suppōit quis nox ymago tenebrarū Deīde querit d̄ defectu lūe Johel. 3. c. dicit q lūa cōuertet i sanguinem. habebit enim colorem sanguineū propter duo. Primo quaten⁹ ostendatur quia ille cui⁹ sāguis iiuste sparsus fuit a peccatoribus. iudicaturus ē mundum. Secundo vt terreantur hi qui diuinum honorem lune dederunt. sicut gentiles cui⁹ ydolatrie similitudinem adhuc quidam cristiani seruāt signantes se versus lunam saltāts ac alia facientes qui nō minus pena q̄z derisione sūt digni. Hec enī est iiquitas maxima. et negatio contra altissimuz vt dicitur Job. 31. c. Ultimo videndum ē de stellis q dicitur Math. 24. c. q cadēt de celo. hoc enī ipossibile videtur vt dicit Origenes. Cum omnes aut plures earum maiores sint q̄z tota terra. quomodo ergo cadent de celo. cum earum magnitudini terra nō sufficiat. Et dicendum dupliciter. Primo quia hic appellantur stelle vulgariter exaltiones ignite. quarū tanta erit habundancia in fine mūdi. vt omnis multitudo stellaruz cadere videatur. Uel si stelle proprie intelliguntur dicendū est secundo modo. q non cadent d̄ celo dicuntur tamen cadere. quia non apparebunt sole et luna obscuratis. ita vt credant homines eas cecidisse. Unde Mathei. 11. ca° dicit. Stelle celi erūt decidentes. Secundo ponitur signum in creatura pure corporali inferiori // ꝛ erit suple in terris pressura gencium // quod duobus modis intelligi potest. Primo quia erit circa finē mūdi magna pressura. dum conabitur opprimē gentem. et precipue tunc tiranni multi consurgent opprimentes populos. Et arbitrari possumus ex hoc propinquū eē finē mūdi. qa videm⁹ passim tyrannos ciuitatum vsurpare dominium. Secundo potest intelligi. q erit pressura genciū quia fugient omnes gētes a maritimis locis. ad mediterraneas regiones // pre confusione sonitus maris et fluctuum // Ysa. 50. ca°. Ecce in crepatione mea desertuz faciam mare terribilem faciet mare sonitum ita vt omnes īde fugiēt. quod ideo cōtinget quia facta alteratiōe circa celestia corpora necessario cōfunditur mare quod disponitur per superiora illa. et maxīe apparet effectus lune et mare in fluxu et refluxu eius. Tercio ponitur signū in creatura partim corporali ꝛ partim

spirituali. s. homine // arescentib⁹ hominibus // qui primo erant opulenti et pigues. Unde Ysa. 13. c. Omnes manus dissoluentur et omne cor hominis contabescet et conterretur. tortores et dolores tenebunt. quasi parturientes dolebunt. vnusquisqꝫ ad proximũ suũ dolebit facies cõbuste vultus eorum. Et Tre. 4. c. dicitur. Denigrata est super carbones facies eorum aruit et facta est quasi lignum. Deinde ponit causa isti⁹ ariditatis. quia // pre timore ĩminenciũ terribilium // et expectatione // futurorum malorũ. presumẽt enĩ hoĩes qꝫ futura adhuc peiora sint. et ideo siccabuntur et arescent pre tristicia et pauore: quia spirit⁹ tristis exsicat ossa que superuenient vniuerso orbi. Ysa. 13. c. Uisitabo dicit domin⁹ super orbem mala et cõtra impios iniquitatem eorum et requiescere faciam superbiam infidelium et arroganciam forcium humiliabo. Quarto ponit signum in creatura pure spirituali. s. angelica // Nam virtutes celorũ mouẽtur // celestes virtutes sancti angeli sunt. vel spiritualiter motores orbiũ qui dicũtur celestes virtutes quia sic celum continet omnem inferiorẽ virtutem. celestis autem virtus sicut in fonte reseruatur in stella vel planeta ita omnis virtus celestium corporũ in suis cõtinetur motoribus. Nota qa vt dicit Criso. Si rege terreno ad expeditionem surgente totus exercitus cõmouetur et tota ciuitas feruet. quãto magis rege celorũ surgente ad iudicandum viuos et mortuos. virtutes celorum mouebuntur. iste autẽ mot⁹ erit ꝑpter quatuor. Primo qa ꝑpter factorum amirationem obstupescent. videntes inconsueta signa precedere naturalem ordinem. Secundo mouebuntur ad peccatoris vindictam et punitionem. cum viderint regem suum iratum. exibunt enim angeli et separabũt malos de medio iustorum et mittẽt eos ĩ caminũ ignis Math. 13. Tercio mouebunt timore aliqualiter vidẽtes totum orbem iudicari. et precipue luciferum qui fuit princeps eorũ. Unde Ezech. 31. A sonitu ruine eius. i. luciferi cõmoui gentes cum deducerem euꝫ ad infernum. Quarto mouebunt propter potestatis priuationem. nam tunc auffertur ab eis officiũ mouendi celos. tunc non dominabuntur quidaꝫ ciuitatibus quidã regnis et prouinciis vt nunc. sed auffertur ab eis ista potestas. Unde Corinth. 15. c. Euacuabit omnem principatuꝫ potestatẽ et virtutem. dicit ibidẽ glo. Dũ durat mundus angeli angelis presunt demones demonibus homines hominibus. ad vtilitatem viuẽcium vel deceptionẽ. sed omnibus collectis iam omnis prelatio cessabit. quia necessaria nõ erit.

Secunda pars

Ecũdo cum dicitur Et tũc uidebunt etc. tangitur venientis iudicis magnifica apparitio. Circa qd quinqꝫ innuuntur. Primum est manifestus aduẽt⁹ dicẽs // Et tunc // Istud illi soli est notum qui venturus est iudicare // Uidebunt // clare certe et manifeste intuebitur eum omnis oculus. et qui eũ pupugerunt. Ut dicitur ĩ ps. De⁹ enĩ noster manifeste veniet deus noster et non silebit. et qui pro omnibus humanatus est ab omnibus videbitur. Secũdo ponitur humanitatis natura // filium hominis // i. filiũ virginis. sicut

enim vulgato nomine. nomē hominis de viro intelligitur sicut de digniori. quāuis sit cōmune nomen vtriusque sexus ita quia virgo salutem viris recuperauit et mulieribus excellenter nomē hominis appellatur. Judicabit autem christus mundum in forma nature humane propter tria. Primo quidem quia si in forma humana mundus eum condemnauit iniuste. racionabile est vt in eadem forma mundum iuste iudicet. Unde ps. Deus iudicium tuum regi da. Secundo ad confusionem iudeorū quatenus videntes se iudicari ab homine in quem credere noluerunt confundantur Ysa. 45. c. Ad eū venient et confundentur omnes qui repugnāt ei. Tercio ad penam reproborum videncium se iudicari non ab angelo. sed ab homine. et ad gloriam electorū videncium naturam sui generis excellētissime exaltatam. Tercio ponitur honor venientis // Venientem ī nube // In legibus sancitum est quod nulla proferatur sentencia nisi iudice pro tribunali sedente. thronus autem regalis xpi iudicātis erit nubes. Unde Eccle. 24. Ego inquit in altissimis habito et tronus meus in columna nubis. Duplex autem causa esse potest quod veniet in nube. Prima vt dicit Origenes quia sic eo ascendente in celum nubes eum tulit propter honorem ascendentis. ita eum defferat descendentem. Secunda causa potest esse quia tāta erit claritas corporis eius. quod nisi ī nube. videri nō posset. sicut nec claritas solis. et ideo vt dicit ps. Nubes et caligo ī circuitu eius. Quarto ponitur venientis potestas // Cum potestate magna // ad puniendos reprobos sine potestate eius et virtute iudicis auctoritas nulla est.

Et bene oportet hanc potestatem magnam esse. quoniam iudicat magnos et paruos. reges. principes. tyrannos. et quod plus est eciam angelicam creaturā. propter hanc potestatem timebunt eū omnes. Et tunc incipiēt dicere omnes peccatores mōtibus. cadite super nos et collibus cooperite nos. et desiderabunt mortem et nō inuenient. vt dicit Apoca. 6. Quinto ponitur iudicis maiestas // Et maiestate // Maiestatem diuinitatis eius soli homines videbūt qui mūdo corde sunt. Unde de eis scriptum est Math. 5. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. De reprobis vero dicitur. Tollatur impius ne videat gloriam dei. videbunt enim impii potestatem eius vt timeant. sed non diuinitatem ne gaudeant. Et nota quod maiestas christi eciam erit ī honore cōmunicancium. s. multitudine celestium spirituum. patriarcharum. prophetarum. martyrum. confessorum. virginum. et apostolorum. qui sedebūt super sedes assessores regis. iudicantes duodecim tribus israhel. de ista comitiua dicit Deuteronomii. 33. Apparuit dominus de monte pharaan et cū eo sanctorum milia.

Tercia pars

Ercio ponitur electorum pro

pinq̄ cōsolatio cū dicit // His autem etc. Et quatuor sunt vidēda. Primo enī reddit electos attentos ad propinquam ipsorum redemptionem. Unde dicit // His autem signis et mirabilibus fieri incipientibus // cum peccatores arescēt pre timore et expectatione malorum. vos qui estis genus electum. regale sacerdociū. gēs sācta. populus acquisitionis

respicite .i. diligēter attendite ⁊ cōsiderate Et leuate capita vestra i. mentes vestras cum gaudio erigite. Ysa. 65. Gaudete cū leticia qui in tristicia fuistis: quoniam appropinquabit redemptio vestra. Nota ꝙ virtute passionis christi redemptio electorum facta est. sed eiusdem redemptionis effectum nondum plenarie consecuti sunt. Adhuc enim grauamur nexibus corporis. Tunc vō vt dicitur Ysa. 40. Iusti mutabunt fortitudinē ita vt penitus caro subiciatur spiritui adhuc eciam mortis legi subiciamur. Sed vt dicit apostolus .i. Corinth. c. 15. Tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. adhuc malorum hominum premimur. Sed tunc implebunt illud promissum quaerimonie sanctorū Apoca. 6. dicēciū. Usq quo nō ōfēdis domīe sanguinē nostrū de his q habitāt ī terra. et acceperunt diuinum respōsum. Adhuc sustinete modicum tempus. Tunc eciam liberi erimus ab infestatione malorum spirituum: quia non erunt in celo vbi mansio sanctorum est. Secundo ponitur promissiōis declaratio per similitudinē Et dicit illis similitudinē diuina promissa propter sui altitudinē non plene intelliguntur nisi congruis sint declarata exemplis. ea namqꝫ nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascenderit Uidete ficulneam et omnes arbores cum producūt iam ex se fructum i. producere incipiunt emittendo folia vel flores sicut contingerit in vere Scitis quia ppe est estas Et tunc hanc similitudinem applicat ad propositum Ita ⁊ vos cū videritis hec Signa quippe dixi fieri scitote quoniam prope est regnum dei prope est vt vobis detur quemadmodum quotidie in oratione dominica dicimus. Adueniat regnū tuū. Nota ꝙ propter tria conuenienter regnum celorum estiuo tempori comparatur. Est enim estatis tempus fructiferum lucidum et iocundū. Sic in regno celorum reperitur omnis suauitas spiritualium fructuū Apoca. vltimo. Ex vtraqꝫ parte fluminis lignū vite afferēs fructus duodecim per menses singulos. Secundo regnum celorum est lucidū. Unde Apoca. 21. Ciuitas regis celestis non eget solem nec lunā vt luceant in ea. Nam claritas dei illuminat eā: et lucerna eius est agnus. Tercio regnum celorum est iocundū. Unde Ysa. 35. Uenient in syon cū laude et leticia sempiterna super caput eorum gaudium et leticiam obtinebunt et fugiet dolor et gemitus Tercio ponitur tempus signorum christi. possent enim dicere electi. credimus ꝙ venientibus signis aduentus tui prope erit regnū dei. Sed adhuc dubitamus quando illa signa futura sint. Et ideo benignus magister adiungit Amen dico vobis Amen hebreum est et vt dicit Augustinus super Johannē: nec grecus nec latinus īterpres ausus est interpretari precipue propter reuerenciam saluatoris qui ad confirmandū veritatem frequenter eo vsus ē. Interpretatur autem amen: vere fideliter aut fiat Quoniam non preteribit generatio hec donec omnia fiant Hoc autem duobus modis potest intelligi. Primo vt nomine huius generationis intelligatur ecclesia fideliū que nō habebit finem donec omnia impleantur et ipsa triumphans ecclesia cōgregetur. Sex enī sunt gnātiones.

Prima ab Adam vsqz ad Noe. Secunda a Noe vsqz ad Abrahaz. Tercia ab Abrahā vsqz ad moysen. Quarta a Moyse vsqz ad Dauid. Quinta a Dauid vsqz ad christū. Sexta a christo vsqz ad finem mundi. Generatio ergo preterit et generatio aduenit: vt dicitur Ecclesiastes primo. Sed hec generatio querencium dominum manet vsqz ad finem seculi nec deficit. Et hoc ꝓmisit saluator beato Petro pastori ecclesie Luc. 20. dicens. Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua. Secundo per generationem istam intelligi potest iudaicus popul⁹ qui non deficiet ꝙ diu ipso vidente oīa compleātur. Quarto ponitur verborum christi confirmatio // Celum et terra transibunt verba autem mea nō transibunt // quasi dicat. Ecce quanta est stabilitas verborūz meorum. quia transeunte celo quo nihil inuariabili⁹. trāseunte terra qua nihil inmobilius. verborum tamen meoruz veritas nō transibit: Quia vt dicitur Prouer. 12. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Nota ꝙ celū et terra transibunt non quantum ad substanciam. sed quo ad qualitatem. quia a celo auferetur claritas ista quam habet sol. et similiter a luna. et dabitur eis maior claritas. Aer eciam et aqua purgabūt et terra ī superficie erit sicut cristall⁹. Et hoc totum fiet propter gloriam beatorum vt homine glorificato. cuncta eciā creatura īnouet. Unde. 2. Petri vltimo. Nouos celos et nouam terrā scdm promissa christi expectem⁹. Rogemus ergo 7c.

Dominica secunda Aduentus. Prima pars.

Um audisset iohannes in uinculis

opera christi mittens duos ex discipulis suis ait illis. Tu es 7c. Math. 11. ca°. De materia istius Euangelii habetur eciam Luc. 7. ca°. Cuz videmus uel audimus aliquē eminere virtutibus. in sapiencia. aut sanctitate. aut eloquencia. consueuimus de persona ei⁹ querere. vt cui⁹ sit nominis. cuius patrie. cuius originis. atqz ita de singulis: quatenus cerciorem ipsi⁹ noticiam habeamus. Audiens igitur Johannes baptista famam christi. interrogat de conditionib⁹ ipsius per interpositos nuncios dicens // Tu es et cetera. Hec igitur ē materia presentis Euangelii in quo tria tangūtur Primum est Johannis deuota interrogatio de noticia veritatis. Secundum est saluatoris probata responsio de potencia deitatis. ibi // Respondens autē ihesus ait illis // Terciuz est precursoris īclita ꝯmendatio de euidēcia sanctitatis. ibi // Illis autem abeuntibus //

Circa primum tria ponuntur. Primum est motiuum īterrogādi. Unde dicit // Cum audisset Johannes // referentibus discipulis. s. in vinculis in q̄ herodes illum cōiecerat propter hoc. quia ipsius incestum arguebat dicens. Non licet tibi habere vxorem fratris tui eo viuente // Opera christi // que iā diuulgabantur in tota regione illa. Et est sciendum ꝙ christus ante carcerationem Johannis non predicauit palā nec eciam multa miracula fecit. nisi de conuersione aque in vinum. Johānis 2. ca°. Johanne vō incarcerato venit in galileam. et cepit palam predicare 7 ꝯgregāe discip̄los atqz operare miracl̄a

vt habet Math. 4. ca°. Unde ex hoc eius fama tātū diffusa ē vt eciā vinculatus Johannes illam audierit. Secundo ponitur discipulorum missio // Mittens // quia per seipsum accedere nō poterat // Duos ex discipulis suis // quorū vnus Andreas fuit. Et attēde quomodo figurabat mores ecclesie in missione duorū. quia christus vadens misit discipulos binos ante facie3 suam. Luce. 10. ca°. Tercio ponitur questionis propositio // Ait illi // quod enim per alios dicebat ipse querere dicitur // Tu es qui venturus es an aliū expectamus // Hoc autem duobus modis potest legi. Uno modo q ps istius orationis plane legatur. s // Tu es qui venturus es // quasi dicat. Scio te esse eum qui vēturus es. Altera vo pars īterrogatiue legitur // Expectamus an alium // vtpote antichristum qui alius sit a te. imo ex toto tibi cōtrari9. Alio modo potest legi vt cōsuetum est. vt tota illa oratio sit duplex īterrogatio. diuisa per hāc disiunctiuam // an // quatenus hoc totū cadat in questiōe // Tu es qui venturus es an alium expectamus // Sed iuxta hanc intelligenciam habet locum questio quā beatus Gregorius in Omelia ponit. Constat enī3 q beatus Johannes cognouit christu3 venisse. quādo exultauit ī vtero matris ad presenciam virginis. ipse ecia3 cum iam perfecte esset etatis illu3 baptizauit. testimonium diuinitatis audiuit in voce patris. vidit in apparitione spiritus sancti. et vlterius illum digito demonstrauit dicens. Ecce agnus dei Johannis. 1. ca°. Non igitur videtur q querere debuerit. Tu es q vēturus es. Sed huic questioni manicheorum heresis ta3 horribiliter respondebat. q fortasse nec scribendum esset. dicens Johannem errasse in fide et ob hoc dicit eum esse damnatum. qa prius decollatus est q3 discipuli quos misit ad illū redierint. S3 qa īpossibile est illum errasse in fide qui fuit eximi9 prophetarū. et quo nullus inter natos mulierum surrexit maior Johāne baptista. Ideo abhorrentes serpentine vocis hereticam prauitatem. Juxta catholice veritatē fidei tripliciter huic questioni possum9 satisfacere. Primo enī dicit beatus Gregorius 7 Jeronimus q non dubitauit Johannes d christo. an ipse esset qui venerat saluare mundum. hic enim primo testificatus fuerat. Sed querit an christus moriturus sit 7 ad inferna descensur9 vt liberaret sanctos patres. volebat enim nunciare illū in limbo sicut nunciauerat mundo. Contra illam solutionem arguit Johannes crisostimus quia non videtur rationabile vt maximus prophetarū dubitauerit d morte christi et de descensu ad inferna: que minores prophete cognouerunt. Na3 Ysaias dicit 53. ca°. Sicut ouis ad occisionem ductus est: quod pertinet ad mortem christi. zacharie vo 9. ca°. dicitur. Tu autem ī sanguine testamēti tui eduxisti victos tuos de lacu ī quo nō erat aqua. quod pertinet ad descensum christi ad inferos. Sed vt sustineamus sentenciam Gregorii et Jeronimi est sciendum. q quadruplex est questio vel interrogatio. s. dubitationis. admirationis. compassionis et dilectionis: Querimus enim de eo qd dubitamus. vt vtrum plures damnent christiani vel saluent. Secundo querimus non dubitando sed admirando. vt quomodo nat9 sit xp̄us ex virgine.

Tertio querim⁹ compatiēdo īfortunio alicui⁹. ut dicēdo quomodo accidit tibi o amice ꝛ vnō nā tāta tibi aris͡it calamitas: ꝛ similia. Quarto querimus amādo. vt subito vidētes desideratū amicū ex vehemēti amore in questiōē prumpim⁹ dicētes. nūquid tu es dilectus meus. nū tu ille es. qui magna ī me vere amicitie officia exercuisti: aut similia. Cum igitur vt dicūt Gregor. ꝛ Hieronim⁹ Johannes īterrogauit xpm de morte sua ꝛ de descensu ad inferos: nō est intelligēdum ꝙ voluerit eū interrogare tanꝗ dubitās. ſm quem ītellectum arguit ꝯtra eos Cris. sed illa interrogatio fuit admirātis compatiētis et amātis. Unde Ambrosius dicit Johānem dubitasse. i. per modū dubitātis se habuisse. nō fide sed pietate. i. nō ex defectu fidei sed ex habundantia pietatis. Admirabat enim iohānes misteriū redemptiōis humani generis per mortē xpi. cōpatiebatur īnocentie patientis. quia moriturū sciebat: qui peccatū non fecit. nec inuētus ē dolus in ore eius. afficiebatur amore. cognoscēs inestimabilem dei caritatē: qua gen⁹ dilexit humanū: ita vt ꝓprio filio suo nō pepercerit. sed ꝓ nobis omnib⁹ traderet illū: vt dicitur ad Ro. 18. nō igitur fuit interrogatio iohānis tanꝗ dubitātis. sꝫ tanꝗ ꝯdolentis ꝛ vehemēter amātis. Secūdo ad questionē ꝓpositam respondent iohānes crisostom⁹ ꝛ hilari⁹ dicētes. iohānem nō sue sed discipulorū ignorantie cōsuluisse. Dicit eīm gregorius 12. libro moral. ꝙ viri iusti solēt etiā ea que ipsi solide ꝛ veraciter sciūt ꝛ sentiunt ꝗsi ex dubietate ꝓferre. vt infirmorum ī se sentētiam transferāt. iohānes ergo vidēs se ꝓpinquū morti: voluit vt discipuli sui relicto eo transirēt ad xpm. a quo esset vera salus. a quo haurirent doctrinā euangelice perfectiōis. ꝛ qui erat saluator generis humani qui ipsos īstrueret ꝑfectius ꝛ saluaret. cogitauit quomodo id posset efficere. Si autem dixisset discipulis suis. eatis ad xpm quia ipse ē maior me. credidissent ꝙ ipse hoc ex humilitate diceret. atꝗ sic uehemētius ei adhesissent. minusꝗ ipo relicto sese trāstulissent ad xpm. vnde deliberauit eos ad xpm mittere ꝗsi causa interrogādi: vt videntes mirabilia xpi opera que nūꝗ iohānes fecerat: crederent in illum: ꝛ efficerētur sui discipuli. Tertio adhuc forte potest aliter dici iohānes eīm testimoniū de xpo perhibuerat. cuius testimoniū vox patris de nube cōfirmauit dicens. hic ē filius meus dilectus in quo mihi complacui ipm audite. Mat. 5. huius etiam testimonium spiritus sanctus cōfirmauerat. descendens corꝑali spetie sicut columba in xpm. Luc. 3. christus autem ipsius iohannis testimoniū nōdum cōfirmauerat. volens igitur iohannes qui a tota missus erat trinitate. suum ab omnib⁹ diuinis personis ꝯfirmari testimoniū īterrogat a christo. tu es qui ventur⁹ es an alium expectamus ꝛc̄. quatenus id qđ iam dudum pater ꝛ spiritus sanctus confirmauerāt. dei etiam filius cōfirmando acceptaret. ꝛ sic patet responsio ꝛ cetera.

Secunda pars.

Ecūdo cū dicitur Et respondens illis.

tāgitur saluatoris probata responsio de potētia deitatis. Circa qđ tria ponūtur. primum est meritorum remissio ꝓpter quod est sciendum. quia vt dicitur Luc. 7. proposita questione

christus in ipsa hora sanauit multos a
languoribus suis in presentia nuntio-
rum iohannis / ⁊ respondens / tunc / il-
lis ihesus ait. ite nuntiante iohanni / v̄
ba / que audistis / ⁊ opera / que uidistis /
quasi dicat. Nolo arrogãter dicere me
esse christum. mitis enim sum ⁊ humi-
lis corde. nec opus est id ipsum verbis
attestari. quando ipsa doctrine profun-
ditas ⁊ potentia miraculorum testimo
nium perhibent de me. quoniam ego
sum christus dei filius. dei virtus et
dei sapientia. Hec enim duo scꝫ verba
⁊ miracula christi maxime probãt euꝫ
esse christum. verba nanqꝫ eius erant
intelligẽtie subtilissime suauitatisqꝫ ad
mirande. vnde illi qui missi fuerant a
principibus sacerdotum ⁊ phariseis vt
caperent ihesum in sermone: cum au-
dissent verba eius celesti sapientia ple-
na. stupendeqꝫ dulcedinis. ita vt facile
audientium animos in affectum pii ra-
perent amoris. reuersi sunt dicentes.
Nunqꝫ sic locutus ẽ hõ vt hic hõ loqt
tam sapienter. tam dulciter. tam pie.
tam pregnãter. ⁊ postremo tam effica-
citer. vt recte regius ꝓpheta dixerit ꝺ
eo. q̄ꝫ dulcia eloquia tua super mel ori
meo. Opera etiaꝫ eius diuinitatem ꝓ
babant. vnde iohannis tertio. Nicode
mus dicebat christo. Scimꝰ quia a deo
venisti magister. nemo eniꝫ potest hec
signa facere que tu facis. nisi fuerit deꝰ
cum eo. cum eo non solum per gratiam
vt cum ceteris sanctis viris. sed cũ eo
ĩ unitate ꝑsone. hec autem veruꝫ esse
facile deprehendes. si eius opera pia
meditatione percũctaueris per ordineꝫ
vniuersa. Secũdo ponitur ipa ope-
rum christi descriptio. ⁊ tanguntur sex
per que probatur eum esse christum.
Primo nanqꝫ tãgitur cecorum illu-
minatio / ceci vident / Sic enim de xp̄o
predixerat Ysaias quadragesimo secũ-
do. dedi te in lucem gentium: vt aperi
as oculos cecorum. ipse enim christus
est diuina claritas ⁊ candor lucis eterne
de quo canit sancta mater ecclesia. splẽ
dor paterne glorie de luce lucem profe-
rens lux lucis ⁊ fons luminis ⁊c̄. vnde
illuminare potest sedentes in tenebris
⁊ in umbra mortis. Secundum opus ẽ
claudorum ambulatio / claudi ambu-
lant / sic ⁊ de christo Ysaias dicit trice-
simo quinto. tũc saliet sicut ceruꝰ clau
dus. ipse enim est diuina virtus ⁊ recti
tudo: vnde dirigere potest pedes nr̄os
in viam pacis. Tertium opus ẽ lepro-
sorum mundatio / leprosi mundantur /
sic eĩm de christo predictuꝫ est. 4. Re.
5. deus ne ego sum vt possim occidere
⁊ viuificare: qr iste misit ad me vt cu-
rem hominem a lepra sua. caro nanqꝫ
christi mundissima ex virgine concep
ta lepre poterat immunditiam tollere.
Quartum opus est surdorum sanatio /
surdi audiunt Ysaie tricesimoquinto ꝺ
christo dictum ẽ. tunc aures surdoruꝫ
patebunt. ipse eiꝫ est diuine vocis ver
bum potentissimuꝫ. quod erat in princi
pio apud patrem per quem cum quo et
in quo singula ꝑduxit in esse: de quo di
cit ps̄. verbo domini celi firmati sunt
vnde cum sit patri coequalis in poten-
tia potest nostram surditatem frangere
⁊ ineffabiliter nostrum reparare audi-
tum. Quintum opus est mortuorum
viuificatõ / mortui resurgũt / dicit eiꝫ
in deuteronomio tricesimosecũdo. ego
occidam ⁊ ego viuere faciam percutiã
⁊ ego sanabo ⁊ nõ est qui de manu mea
possit eruere. ipse enim est fons essenti
alis vite dicens de seipso in euangelio
iohannis. ego sum resurrectio ⁊ vita.

qui credit in me. et si mortuus fuerit ui-
uet &c. & ideo cuncta potest mortua vi-
uificare. Sextum opus est pauperum
instructio // pauperes euangelizantur //
sic enim de christo predictum erat Ysa.
sexagesimoprimo. spiritus domini sup
me euangelizare pauperibus misit me
Discipuli enim sui quibus maxime se-
creta superne infudit discipline. non re-
ges. nō principes. nō diuites seculi. sed
pauperculi fuere piscatores. Nota q
tres sunt cause quare christus pauperi-
bus euangelizauit. prima quatenus no-
stre fidei principium nō esset in poten-
tia & magnificentia seculi sed in virtu-
te dei. ac per hoc non esset suspectū ut
aliquis cogitaret. quia in potentia secu-
li subiugauit sibi mūdum. Jacobi secū-
do. nonne deus elegit pauperes in mun
do hoc. diuites in fide & heredes regni
quod promisit deus diligētibus se. Se
cunda causa est vt ostendat nullam de-
bere fieri personarum acceptionem ī an
nuntiatione verbi dei. vnde Hieroni
mus. nulla inquit inter nobiles & igno-
biles. inter diuites & egenos in predica
tione distantia fit. magistri ergo & pre-
ceptoris nostri hoc comprobat verita-
tem. quoniam omnis apud deum q sal-
uari potest equalis est. vnde ait Pe-
trus in actibus apostolorum. in veri-
tate cognoui quoniam nō est personarū
acceptio apud deum: sed in omni gente
qui fecit voluntatem eius acceptus est
illi. Tertia causa quare pauperibus euā
gelizauit fuit ad confusionem scribarū
& phariseorum qui diuina nolebant nun
tiare pauperibus. vnde adhuc hodie re
prehensibiles sunt predicatores si liben
tius dei verba annūtiant diuitibus q̄
pauperibus. suspecti enim sunt q non
tam dei honore q̄ lucri ducātur cupidi
ne. Nota q ita cepit dominus euāgeli-
zare pauperibus q vsq hodie qui ma
gis predicationes frequentāt pauperes
sunt. immo quidam diuites erubescūt
inueniri ad predicationem vel in eccl'ia
de quibus profert saluator sententiam
Luce nono dicēs. Qui me erubuerit &
sermones meos: hunc filius hominis e
rubescet cum venerit in maiestate sua
& patris & sanctorum angelorum. & ali-
bi dicit phariseis. qui ex deo est verba
dei audit. ꝓpterea vos ex deo non estis
quia verba mea nō auditis &c. Ter
tio ponitur necessaria admonitio // & be
atus est qui nō fuerit scandalizatus in
me // scandalum dicitur a scandalon gre
ce quod est offendiculum vel offensio
vel ruina. & tunc aliquis scādalizari di
citur. quando verbo vel facto alterius
sumit occasionem peccandi. Nota igit
q beatus est qui nō scandalizatur ī xpo
nec ex his que fecit sumit occasionē er-
roris vt heretici vel pagani. hoc autē
verbum sc; beatus est qui nō fuerit scā
dalizatus in me &c. dixit christus prop
ter duo. primum vt dicunt Hieroni-
mus & Crisostomus ad correctionē nun
tiorum qui aliqualiter inuidebant chri
sto mirabilia operanti: q̄ Joannes bap
tista nunq̄ fecerat. Secūdo vt ait gre
gorius hoc dixit ad monitionem iudeo-
rum quia videntes eum in cruce scanda
lizati sunt dicentes. alios saluos fecit
seipsum nō potest saluum facere. vnde
dicit apostolus. predicare christū cru
cifixum iudeis scandalū est. Dicit igi
tur christus. ita operor mirabilia ut de
us: q tamen vt homo crucifigendus sū
& beatus qui nō fuerit scandalizatus in
crucis ignominia. Moraliter ꝑmissa ex
ponēdo. ceci sunt quorum oculos malitia
excecauit. vt dicitur Sapientie tertio

Qui p̄sentem vitā diligūt nō conside-rantes eius breuitatem. mūdum dili-gunt ꝛ principaliter habent terram de-siderabilē nō aduertētes mūdi vanita-tem. diuitias cōgregāt ꝛ nesciunt quis eas sit possessurus. oēs tales dicē pos-sunt illud psal. Lumen oculoꝝ meorū ꝛ ipsum nō est mecum. ꝛ ideo clamēt ad dominū dicētes. Illumīa oculos meos ne vnq̄ȝ obdormiā in morte. ne quando dicat inimicus meus p̄ualui aduersꝰ eū. 2° aliqui claudi sūt affectu volūtatis q̄ bene sciūt quid agendū sit. quoniā dere licto mūdo sequēdus sit xp̄s. ȝ tamē p̄-tim volūt sequi mūduȝ. ptim vo xp̄um claudicantes a semitis suis. cōtra quos loquit̄ Helyas. 3. Regū. 18. vsquequo claudicatis ī duas ptes. q2 vīsus deum ꝛ mūdum. ꝛ addit. si dominꝰ ē seq̄mini eum. tales clamāt ad dominū dicentes Gressus meos dirige ꝓm eloquiū tuū. Tertio aliq̄ sūt leprosi. q̄ maculāt cor-pus ꝛ aīam fece luxurie. nam vt dicit apl̄s. 1. corin. 6. Qui fornicat̄ in corpꝰ suū peccat. tales castitatis v̄tutē petant a domīo. vnde sap. 8. sciui quoniā alit̄ nō possū eē ꝯtinēs nisi deꝰ det. Quar to aliqui surdi sūt ad clamorē pauperuȝ ad vocē predicātiū. q̄ se habēt ad vocē p̄dicātis sicut aspis surda ad vocē incā tantis. de salute istoꝝ valde timēduȝ ē ꝯtra quos dicit̄ Ysa. 41. surdi audite ꝛ ceci ītuemini. Quīto aliqui mortui sūt p̄ peccatū mortale. quos xp̄s viuificat efficacia sui sanguinis. sicut pellicanus suscitat ꝓprios pullos a morte effundēs sup̄ eos sanguinē. sicut eīm sanguis est formatura vite corpalis: ita sanguis xp̄i ē fons vite sp̄ualis. Hebre. 9. ca°. sanguis xp̄i emūdabit ꝯsciam nr̄am ab opibus mortuis. Sexto aliq̄ pauperes sūt celestibꝰ bonis. istis datur ꝯsilium euāgelicū vt efficiātur negotiatores. dent tp̄alia bona vt mercētur eterna. si cut homo qui īuenit thesaurū in agro ꝛ pre gaudio illius vadit ꝛ vendit vni-uersa que habuit: ꝛ ēmit agrum illum. Math. 13. ꝛc.

Tertia pars.

Tertio cum dici tur Illis autē

abeūtibus. tangitur precursoris īclita commēdatio de euidētia sanctitatis. et primo commēdatur de mētis firmitate vnde dicit / Illis aūt abeūtibus / No-luit autem xp̄s commēdare iohannē in p̄sentia nūtiorum. ne videret̄ hoc adu-latorie facere. ꝛ etiam ne extolleretur ī corde suo de gloria magr̄i / cepit hiesus dicere ad turbas de Johanne / ad com-mendationē eius. Cōsidera q̄nti meriti sit iste glīosus precursor domini. q̄ ip̄o veritatis ore laudatur. Nota q̄ si querat̄ causa q̄re uoluit dominꝰ cōmen dare Johannē. hec ē vt dicit Cris. quia sciebat turba Johannē primo ante īcar nationē perhibuisse testimoniū de xp̄o. nūc vero īterrogabat an ipse eēt. ꝛ ido credebāt turbe eū recessisse a ꝓprio p̄-posito. ne igitur talis suspitio ī corde eo rum maneret. voluit ipsum cōmēdare Et q̄druplicit̄ ip̄m commēdat. prio ō mētis firmitate dicēs / quid existis ī de sertū videre / existētem ī deserto Johā nem tota illa regio exibat videē. vnde Mat. 3. exibat ad eū omnis hierosoli-ma ꝛ oīs iudea ꝛ oīs regio circa iorda-nē. nec mirū q2 hō nouus mūdo apparu erat. habitatiōīs solitarie. admirabilis habitꝰ. innocētis vite. singularis offi-cii. ꝛ ꝓphetie excellētis / arūdinē vēto agitatā / .i. existiēne ī deserto vbi vi-deretis hoīem. q̄ velut arūdo oī vēto

agitetam? Certe non. Nota q̄ arundo
ponit radicē in luto. sed Johānes erat
fundatus supra firmam petram. Se-
cundo arundo intus vacua est. sed Jo
hannes spiritu sancto repletus est adhuc
ex vtero matris sue. Tercio arūdo om̄i
vento agitatur: sed Johannem nulla
potuit secularis aura flectere. nec re-
uerencia phariseorum quin eos repre-
henderet: nec timor militum quin eos
a malis restringeret. nec potencia re-
gum quin adulteriū corriperet. Se-
cundo commendatur Johannes a vite
sanctitate // Sed qd existis vidē arun
dinem vento agitataz: hominem mol
libus vestitum // Certe non. quia cum
ipse esset penitēcie predicator. auste-
ritatem vite eciam habitu ostēdebat.
Unde Math. 3. ca°. dicitur: Ipse Jo-
hannes habebat vestimentum de pilis
camelorum: et zonam pelliceam circa
lumbos suos. Et statim probat salua-
tor non fuisse Johannem vsum mol-
libus vestitis dicēs // Ecce qui molli-
bus vestiuntur in domibus regū sūt //
Non fuit Johannes in domibus regū
sed in speluncis heremi. non in domibus
regum sed in carcere regum. Ex quo
apparet vt dicit Jeronimus rigidam
vitam qualis est religiosorum et au-
steram predicationez: vitare debere
aulas reguz: et mollium hominū pal-
lacia declinare. Sed tu hodie posses di
cere: dolendum est: Ita quidam religi
osorum mollibus vestiuntur. vt non
heremi sed domus regie videāt habita-
tores. Et nō vt dicit Gregorius. q̄ sal-
uator non laudasset Johannē de aspe-
ritate vestium si in fluxu preciosaruz
vestium deesset potestas. In vesti-
mentis autem quinqz sunt reprehensi-
bilia. Primum est superfluitas: sicut
mulieres que trahunt magnam partez
vestimentorum per terram. Secun-
duz est preciositas: ornāt se enim pur
pura et bisso ac si essent statue gentiliū
vel ministri altaris. Tercium est cu-
riositas. adinueniunt diuersas incissu-
ras et de sartibus lanarios fecerunt.
Quartum est mollicies. 2. Reguz. 1.
ca°. Vestiebat nos coccino in deliciis.
Quītū est nimia speciositas. exemplū
de diuite epulone Luc. 16. Sed tamen
vt dicit Augustinus. 4. de doctrina
christiana. Non vsus rerum sed libi-
do vtentis in culpa est. Tercio con-
mendatur beatus Johannes ab excel-
lencia prophecie // Sed qd existis vi-
dere // si nec hō nec illum // prophetaz //
dignum quidem erat egredi ad viden-
dum prophetam: si iste plus est. Unde
addit // Eciaz dico vobis et plusq̄z pro-
phetam // Et nota q̄ Johannes dicitur
plusq̄z propheta propter tria. Primo
quidem: quia nondum natus prophe-
tauit. Secundo vt dicit Gregorius.
quia cum prophete officium sit futura
predicere: iste plus fecit. quia quez pre-
dixerat digito demonstrauit. Tercio
vt dicit Jeronimus quia prophecie pri-
uilegio accessit premium quia suū do-
minum baptizauit. Quarto cōmen-
datur ab officii dignitate: quia precur
sor. Unde dicit // Hic est enim de quo
scriptum est // Malach. 3. ca°. In quo
habetur eciam quare plusq̄z propheta
est. quia alii prophete de ipso predixe-
runt // Ecce ego mitto // loquitur deus
pater ad filium locutione non tempo-
rali sed eternali. eadem locutione qua
dixit. Filius meus es tu. et alibi. sede
a dextris meis // Angelum meum // i.
Johannem baptistam qui non fuit an-
gelus nā vt dicit hereticus. ga Jo. 1. dr.

Fuit hō missus a deo cui nomen erat
Johannes. Sed nota ꝙ dicitur ange-
lus propter duo. s. ratione vice ange-
lice. quia sicut angelus vixit in solitu-
dine. in contēplatione. in virginitate.
Secūdo dicitur angel⁹ ratione officii.
angelus enim est nomen officii. i. nun-
cii. Et sicut angelus Gabriel salvato-
ris nativitateʒ paucis anunciavit per-
sonis. s. virgini. Joseph. pastoribus
et magis. Ita Johannes palam illam
toti mundo nunciavit. Deinde tangit
ordineʒ // Ante faciem tuam // i. secun-
dum Crisostimuʒ prope te. Quia iter
christum et Johannem baptistam nul-
lus propheta fuit medius. Deinde tā-
git officiū // Qui preparabit viam tuā
ante te // Via christi fuit predicatio di-
vinitatis. hanc viam Johannes ante
christum preparavit disponēdo corda
hominum per baptismum penitencie.
Secunda via christi fuit cum moriēs
ad inferna descendit. hanc viam prepa
ravit Johānes ante christum. qa pri⁹
mortuus est. et anunciavit sanctis pa-
trib⁹ qui erant in limbo salvatoris ad-
ventuʒ. Alia via christi fuit cum ve-
nit in hunc mundū per carnis assump-
tionem ex virgine. hanc viam conce-
ptio Johannis aliqualiter preparavit.
quia vt virgo crederet nihil esse deo
impossibile cōceptus Elizabeth in ex-
empluʒ fuit adductus. et facta fuit in-
carnationi christi via cōsenciēte vir-
gine. Tripliciter igitur via christi est
s. in mundum. in mundo. et ex mūdo.
in mūdum per incarnationē. in mundo
per predicationem. ex mundo per pas-
sionem. Preivit autē Johannes ante
faciem domini parare istas tres vias
eius. Rogemus ergo ꝛc.

Dominica tercia advent⁹. prima pars

Miserūt iudei ab
Jerosolimis sa
cerdotes et levitas ad Johannem vt
interrogarēt eum ꝛc. Johannis. 1. In
precedentis dominice Evangelio Jo-
hannes baptista misit ad christuʒ. nūc
vͦ dicitur ꝙ iudei mittunt ad Johā-
nē vt dicat eis quid sentenciat de chri-
sto. qui iā de illo instructus est. Rur-
sum in precedenti dominica xp̄us per-
hibuit testimonium de Johanne. vt il
lud quod Johānes dixerit quilibet ac-
ceptet. Nunc vͦ Johannes testimo-
nium de christo perhibet. In hoc enim
Evangelio tria cōtinentur. s. duo ge-
nera quo vnum propositum Johanni
et locutus vbi hec quesita sunt. Pri-
mo igitur ponitur sollicita. i. interro-
gatio de Johannis dignitate. Secūdo
addit maligna postulatio de sui officii
celebritate. ibi // Et qui missi fuerant //
Tercio postponit expressa descriptio
de loci oportunitate. ibi // Hec in beta-
nia ꝛc. Propter primum est scienduʒ
ꝙ videntes principes iudeorum defe-
cisse regnum sue gentis. quia alieni-
gene principabantur eis. cognoverūt
completas esse prophecias de adventu
christi. Unde Genesis. 49. caͦ. dicit.
Non auferetur sceptrū de iuda et dux
de femore ei⁹ donec veniat qui mittē-
dus ē. Quapropter audientes de sanc-
titate Johannis putaverunt eum esse
christum. scdm quod dicitur Luc. 3.
c. Extimnante populo et cogitantibus
omnibus de Johanne in cordibus suis
ne forte ipse est christus. Unde ob hāc
causā miserūt legatos ꝛ ambasiatores
ad Johānem. vt interrogarēt euʒ sup
hec. In hac ăt prima Evangelii parte
duo tanguntur. Primo enim ponitur

iudeorum legatio. ponit̃ enĩ qui fuerũt
mittẽtes. vnde dic // miserũt iudei // ec-
ce gẽtis nobilitas. Nõ ꝙ lz ad oẽs gẽtes
spectet ĩterrogare de xp̃o. qa ipse ẽ de-
sideratus cunctis gentibus. ut dicitur.
Aggei .2.c. Specialiter tamen hoc ad
iudeos pertinet et propter tria. Prio
quia patribus eorum promissus et nõ
aliis. Secundo quia ex eis nasciturus
sc̃dm carnem. Unde Numeri .22. ca.
Orietur stella ex iacob: ⁊ surget vir-
ga ex isrl'. Tercio quia propter iudeos
specialiter missus est Ysaie .9. Par-
uulus natus est nobis et filius datus ẽ
nobis. Deinde ponitur vnde fuerunt
missi // qa ab ierosolimis // Ecce rega-
lis sacerdotalis ciuitas. Est autem sci-
endum ꝙ vt dicit Isidorus Ethi. 15.
Hanc ciuitatem primo edificauit ĩ sy-
ria melchisedech qui et sem dictus est
primogenitus Noe. et appellauit eam
salem. secundo vo a Jebuseo habita-
tore eius dicta est iebus. tercio ex cor-
pore istorum duorum nominum dicta
est Jerusalẽ. quarto a Salomone di-
cta ẽ Jerosolima. quĩto ab Helya di-
cta est helya. Nota quia Jerosolima
erat ciuitas sapientum sacerdotum et
regum. A ciuitate igitur sapientum //
mittebant // ad heremum vt interro-
garent de christo. quia defecerat sapi-
encia iudeorũ ĩ cognitione eius. Unde
Ysa .33. querit dicens. Ubi ẽ litterat⁹
vbi est uerba legis ponderans. a ciui-
tate sacerdotali mittebãt vt si Johan
nes esset christus qui est verus ponti-
fex. ad suã cathedralẽ veniret sedẽ.
Ad hanc verus põtifex venit christ⁹
quando seipsũ obtulit sacrificium deo
patri in ara crucis. Rursus a ciuitate
regali mittebãt vt veniret ad ciuita-
tem in qua est tronus regni. Ad hanc
venit christus sedẽs super pullũ asine
vt dicit̃ Math .21. c. Juxta quod scri-
ptum ẽ zacha .9. c. Noli timere filia
syon. ecce rex tuus venit tibi. Deinde
ponitur qui fuerunt missi // sacerdotes
et leuitas // Ecce nunciorum dignitas.
Congrue autẽ mittuntur sacerdotes
vt de christo interrogẽt. quoniam di-
gnior cognitio principaliter debet̃ his
q ĩ sacris ꝯstituti sũt. Unde Malach.
2. ca. Labia sacerdotis custodiunt sci
enciam. et legem requirũt ex ore ei⁹.
Sed tunc temporis sacerdotes cecati
auaricia. inflati superbia. ĩplicati mũ-
danis. pauca cognoscebant de christo.
Unde tales erãt sacerdotes sicut et po
pulus. Et timendum ẽ valde: ne for-
te sacerdotes presentis temporis sint
illis similes: et diuinis non intendant.
quorum oculos excecat macula luxu-
rie. puluis auaricie. ⁊ fumus munda-
ne glorie. Deinde ponitur ad quem fu
erunt missi // Ad Johannẽ // Quilibet
artifex interrogatur de his circa q̃ do-
ctrina illius versatur. vt medicus de
sanitate. legista d' iure. nauta de naui-
gio. et sic de ceteris. Quia igitur pre-
dicatio Johannis de christo erat. raci
onabiliter ad ipsum dirigebant̃ nũcii.
Deinde ponitur ad quid fuerunt missi
// vt interrogarent eum // Considera
mutationem dextere excelsi. quia cum
consueuerunt sic de suburbanis ad ci-
uitatem agricole ad sapientes venire
pro consilio postulando. hic ecõtrario
de ciuitate ad heremum: sapientes et
doctores ad solitarium heremitã ac-
cedunt. Considera eciam quãte fuerit
auctoritatis beatus Johannes. quia
ad verbũ illius tota illa pendebat sa-
pientũ ciuitas. vt si respondisset. Ego
sũ xp̃us cõtinuo vbo ei⁹ acqeuissent.

Secũdo ponit legatorũ multiplex interrogatio. Et sunt quatuor interrogatiões siue questiones. Prima questio. an ipse sit christus. Unde dicunt // Tu quis es // Et licet per hec verba nõ expresse querant an ipse sit christus. hoc tamen intendebant corde. vel eciã dicẽdum. q̄ proprium est christo esse. Unde Exo. 3. Ego sum qui sum. sic dices filiis israhel. q est misit me ad vos Cum igitur per hec verba // Tu quis es // interrogãt Johannẽ subtili intelligẽcia querũt an ipse sit christus. Deinde ponit prudens et humilis responsio Johãnis. humilis quia // confessus est // se non esse quod illi querebant. s. an esset christus. vel helyas. aut propheta. prudens respõsio // quia non negauit // quod erat. Unde. s. se esse vocem clamantis in deserto vt dicitur i. Unde dicit // Et non negauit // se esse qđ erat. Deinde euangelista magnã explicat responsionem Johannis dicens // et confessus // suple et dixit // Quia non sũ ego christus // Ex quo vt dicit Grego. beati Johannis humilitas cõmendat qui cũ tante esset sanctitatis ut ab omnibus posset credi christus. dixit tamẽ non sum ego christus. Et nota q̄ hanc humilitatem nõ habuit lucifer: qui diuinitatis dominium voluit vsurpare dicens. In celum cõscendam sup astra celi exaltabo solium meum &c. Nãc et humilitatem non habuerunt primi parentes. qui diuinaz sapiencie voluerũt vsurpare similitudinez. Gene. 3. Dixit illis serpens eritis sicut dii scientes bonum et malum. Nanciterum humilitatem non habebit ille malignus antichristus qui diuinum sibi vsurpabit honorez. de quo dicit apostolus The. ii. c. 2. q̄ extolletur supra omne quod dicitur deus. aut tollitur ita vt in templo dei sedeat ostẽdẽs se tanq̄ sit deus. Adhuc vsq; hodie quidam imitantur luciferum quales sunt tyranni qui violenter presunt. quidã imitantur prothoplaustum. quales sunt philosophi mundane sapiencie. & heretici qui volunt plus sapere q̄ oportet. quidaz vo iam prefigurant antichristum quales sunt ypocrite. Deinde ponitur secũda questio. Et interrogauerũt eũ // Quid ergo es // Si tu nõ es christ9 an forte // helyas es tu // Causa autẽ quare interrogant an ipse sit helyas est. quia cognoscentes ad eum: tempus aduentus christi. ex quo ipse non erat christus, putabant eum esse helyam qui preuenire deberet aduentum christi. Unde Malach. vltimo. Ecce ego mittã vobis dicit dominus helyam prophetam s anteq̄ veniat dies domini. Deĩde ponitur responsio Johannis // Et dixit nõ sum // suple helyas quod est contra hereticos qui dicunt Johannẽ fuisse helyam personaliter. quia helyam dicũt quidam esse spiritum viuificãtẽ corpus Johãnis baptiste. Sed querit hic beatus Gregorius quia videtur Johannes contradicere christo dicenti ad turbas de Johanne. Si vultis recipe ipse est helyas Math. 11. c. hic vo Johannes dicit non sum helyas. Ista aũt questio facile soluitur. quia eo modo Johannes dicitur a saluatore helyas: quemadmodum et angelus ab eo dicit9 est Math. 11. Fuit autem angelus nõ ĩ natura et persona. sed vita et officio. vt patet in precedenti euangelio. Sic eciaz negat hic se esse helyam personaliter. christus vo dicit eũ esse helyam vita & officio. Uita quidẽ vt dicit glo. propter nimiã abstinẽciã et castitatem

⁊ solitariam vitam. Officio vero helye similis. quia ipse fuit precursor christi venientis in carnem. quemadmodum helyas erit precursor eiusdem venientis ad iudiciū. Unde Luc. 1. Ipse precedet ante illum i spiritu et in virtute helye. Et ideo non contradicit Johānes verbis christi. quia aliud affirmat christus aliud vero negat Johānes. Deinde ponitur tercia questio // Interrogauerunt enī eum // adhuc propheta es tu // Dicit glo. quod quidam putabant Johannem esse vnū ex antiquis prophetis suscitatum. et credebant aliqui eum esse Elyseum. aut forte alii credebant nouum eum esse prophetam. Causa aūt quare interrogant si ipse est propheta potest hec esse. quia ex quo nō erat christus nec helyas. volebant si propheta erat vt illis diceret. si alter eorum iam venisset vel uterque. et si neuter illorū venerat saltem illis prediceret aduentum eorum. Deinde tangitur Johannis responsio // Et respondit // nō negauit se Johannes esse prophetam qualē s. illi putabant eum esse. vel ideo se nō dicit esse prophetam quia fuit plus quam propheta Math. 11. c. vel tercio hic negat quia licet ipse fuerit propheta. principale tamen officiū eius non fuit prophetare. sed penitēciam predicare. baptismum ministrare. et veritatem demonstrare. Deinde ponitur quarta questio dixerunt ergo ei // Quis es // suple dicito nobis // vt responsum demus his qui miserunt nos // Non enī debet esse bonus seruus sine ministerio. nec bonus nuncius sine responso. nō enī sufficiebat illis scire de Johanne quod non erat quia nec christus nec helyas nec propheta. nisi et scirent quid erat et ideo adhuc querebāt // Quid dicis de teipso // sperabant aliquid magnum et nouum audire. Considera Johannis auctoritatem. quia et testimonium de seipso acceptabile erat iudeis. Sed christo de se testimonium perhibenti dixerūt. tu de teipso testimonium perhibes. testimonium tuum no est verum. Deinde ponitur respōsio Johannis // ait // s. Johānes de seipso // Ego vox // glo. dicit Johan. Ego sum homo vel Johannes vel zacharie filius. non considerant in se hūanam substācia sed habundanciam gracie qua excedit omnem creaturam vt sit vox verbi. Nota quod sicut Johānes dictus ē helyas nō substancialiter sed officio. ita eciam dicit vox. et propter duo. Primo quidem quia uox est manifestatio verbi. deus autem pater quia verbum suum manifestauit mundo per beatum Johānem Ideo ipse dicitur vox. Unde Johānis 1. dixit beatus Johannes. Ut manifestetur in israhel propterea ego veni. Secundo beatus Johānes dicitur vox quia vox ex propinquiori manifestat eum cuius est. potest enim aliquis manifestare se vel per interpositam personam vel per vocem propriam. et cū quidē mittit nūcios aduētus sui adhuc non dicimus eum adesse. Audita autē voce eius dicimus ecce hic ē. Alii igitur omnes prophete fuerūt nuncii qui predixerunt christum venturum. sed Johannes qui presentem ostendit fuit diuina vox. Deinde quia nulla vox sui ipsius est sed alterius. ostendit cuius ipsa sit vox quia // clamantis // clamans per vocem istam fuit pater et filius et ⁊ spiritus sanctus. clamabat pater per beatū Johānē vocē suā. sicut clamauit de nube vt. s. hec vox de filio suo redderet testimoniū Jo. 1. Jo. testimonium

perhibet de ipso. et clamat dicens: Hic est quez dixi: Clamat filius dei per hác vocez quia facit eum testificari q vi- derit spiritu₃ sanctum quasi columbá in christo descendere: Deinde ponitur vbi clamauerit // in deserto // sicut leo rugit in heremo. In deserto clamauit ista vox. quia erat vox exhortátis ad penitenciam. cui⁹ locus cōueniens est desertum. Unde et dominus formam penitencie inicians ieiunauit quadra- ginta diebus et quadraginta noctibus in deserto Math. 4. ca°. Deinde po- nitur quid clamauerit // Dirigite viaz domini // via domini mādata illius sūt que tempore Johannis a populo iude- orum obliq₃ seruabantur. quia solum intellectum litteralem accipiebant. et cum diuina lex data sit propter bonum perpetuum et celeste. ipsi tamen ꝓpter comodum temporale seruiebant. Hec autem duo. s. litteralis sensus. et in- tentio mundana. ita obliqbant viā do mini q nec dispositi erant iudei vt in- telligant misteria xpi. nec parati erāt illum suscipere. Et ideo dicit beat⁹ Jo hannes vbi dirigat hec via domini vt spirituali sensu cognoscant iudei xpm esse deum. q tamen negant. dirigatur eciam intentio vt non sperēt comodū mundanum sed celeste. adhuc non ex- pectant a christo nec temporale regnū Hec enim duo viam domini obliquā- cia. fuerūt illis potissima causa q xpm non cognouerūt nec susceperunt. De- inde additur scripture testimonium ꝛ possunt esse verba euāgeliste vel ipi⁹ Johannis baptiste. sicut dixit Ysaias propheta. 39. ca°. qsi dicat. Sicut ille dixit iudeis sui temporis. ita ego dico vobis. Nota precursoris excellenciā quia Ysa. tantus propheta de illo pre- dixit. Nota eciam quomodo iste glo- riosus precursor domini assumpsit te- stimonium de Ysa. et tamen fortasse nūq₃ viderat volumē istius ꝓphete nec vllum habuit doctorem. quia cum esset paruul⁹ heremum introiuit. sāc- to igitur spiritu reuelante didicit pro- pheciam ꝛ q de seipso esset intelligēdo cognouit ꝛc.

Secunda pars

Secundo cum dicitur Et q missi erāt ꝛc. tāgitur maligna postulatio de sui officii celebritate. Sperabāt. n. qui missi fuerant magnu₃ aliquid au- dire a Johāne. vt q diceret se eē xpm aut helyam aut saltem quemq₃ eximiū prophetarum. Audientes itaq₃ q dic se esse vocem clamantis. reputauerūt hoc modicum. quia non intelligebant diuina misteria: et ideo īdignati faciūt ei questionē in hac secunda parte euan gelii de officio suo. In qua parte tan- guntur tria. Primo nāq₃ magna ex- plicantur qui fuerunt missi. Unde dic // Et qui missi fuerant erant ex phari- seis // pharisei interpretantur diuisi. et sic dicebantur eo q cultu religionis a reliquo populo diuisi erant. sicut reli- giosi ī populo christiano cōuersatiōe vita et habitu diuisi sunt. Nota q sup euangelista dicit q missi ad Johannez erant sacerdotes ꝛ leuite. necnon dicit q erant ex phariseis forte enī simul cū sacerdotibus ꝛ leuitis ꝛ pharisei missi sunt. ut legatio esset sanctior ex presē- cia religiosorū. vel forte illi qui missi fuuerant vtrūq₃ et ordinati in sacris et pharisei. Sicut eciā tpe p̄senti reli- giosi ad sacros ordines promouētur. Secūdo ponit qō // et īterrogauerūt eū

ex inuidia et indignatione. cum enim pha-
risei appetant venerari a populo propter
sanctitatem. Uel religiosi inuidebant
Johanni qui non de numero eorum et tamen
fama sue sanctitatis celeberrima erat in populo
et dixerunt // Quid ergo baptizas // bap
tizare idem est quod lauare // si tu non es
christus // cui incumbit ille actus. Unde
Eze. 36. Effundam super vos aquam
mundam et mundabimini ab omnibus in-
quinamentis vestris, neque helyas qui
figurabat babtismum quo ad materiam
et transitu iordanis in curru igneo quo
ad efficientem spiritum sanctum quo ad
effectum. cum ascendit per turbinem in
celum. vt habet. 4. Reg. c. 2. neque pro-
pheta. Prophete enim officium est ba-
ptizare. sicut patet de Eliseo. 4. Reg.
c. 5. qui naaman leprosum iussit bapti-
zare septies in iordane et mundatus est.
quasi dicant iudei per ista verba Johanni
presumptuosus es quia sumis tibi officium
alterius. Nota quod licet Johannes non
esset christus, baptizare tamen poterat
quia erat precursor eius et ideo debebat
parare viam baptismo christi. Item licet
non esset helyas personaliter, baptizare
tamen poterat quia habebat spiritum et
virtutem helye Luc. 1. Ulterius bapti
zare poterat quia et si non erat propheta,
erat tamen plus quam propheta Math. 11.
Tercio ponitur responsio Johannis in
qua ostendit quale fuerit suum baptis-
ma et ad quid institutum. dico ergo // Re-
spondit eis Johannes // inuidis et peruersis
veritatem benigne aperuit dicens // Ego
baptizo in aqua // quasi dicat. non est multum
querendum de baptismo meo. non enim
est aliquid magnum cum sit in aqua tantum

Queritur hic de substancia baptismi
Johannis. et dicendum quod baptismus eius
quantum ad materiam conuenit cum ba-
ptismo christi. quia materia vtriusque
est elementum aque. sed quantum ad for-
mam non conuenit. quia forma verborum in ba-
ptismo Joh. erat illa. Ego baptizo te
in nomine venturi: Unde dicitur Act. 19.
c. sed forma baptismi christi est hec. Ego
babtizo te in nomine patris et filii et spiritus
sancti. vt dicitur Math. vltimo. Item
queritur de effectu istius baptismi et est
dicendum. quod baptismus Johannis nihil
operabatur intrinsecus in anima sed solum
corpora exterius lauabat. baptismus vero
christi lauat corpora exterius et animam
interius. et ideo non sufficiebat bapti-
smus Johannis ad salutem. Unde opor
tuit baptizatos baptismo Johannis, christi
baptismo mundari. vt dicitur Act. 19.
c. Queritur ergo ad quid institutum fuit
baptismus Johannis si non sufficiebat
et dicendum. quod baptismus eius quadru-
plicem habuit institutionis causam. Pri-
mo quidem vt significaret baptismum
christi. et vt sic fuit sacramentum. Se-
cundo vt asuescerent homines ad ba-
ptismum christi. et sic non erat sacramentum
sed sacramentale. sicut torneamentum
quo milites asuescunt bellare non est bel
lum. Tercio vt ex nouitate actus ba-
ptizandi plures conuenirent ad Johan
nem, quibus annunciaret de christo. Quarto
vt manifestaretur christus in baptis-
mo Johannis uoce patris et spiritu sancto
Unde Johannis. 1. Ut manifestetur in
israhel propterea ego veni in aqua ba-
ptizans. Et hanc causam statim innuit
Johannes dicens // Medius autem ve-
strum stetit quem vos nescitis // Et ideo
suple ego baptizo in aqua vt ad illius
perueniatis noticiam. Dicitur autem
stetisse christus ibi medius inter iudeos
quia non fuit solitarius et occultus sic Joh.
sed inter eos manebat quasi vnus ex illis

Deinde ponit tps aduentꝰ xpi ĩ quo sa tisfaciet aliq̃liter primis questionibus ꝑ quas volebant scire de xpo. Unde di cit // Ipse enĩ ē q pꝰ me vẽturꝰ ē // sicut preuenit gracia figurã· sicut splendor lucernã· sicut sol luciferũ· sicut iudex preconē· ꝛ sicut dominꝰ ꝯuũ. Deinde ꝯmendat venientez // Qui ante me fa ctus ē // Nota ꝙ hic argumẽtat Arri anus ex verbis Johãnis· dei filiũ esse creaturã Johãnes .n. dicit de ipõ // ãte me factus ē // aut igit ĩtelligit ꝙ sit fa ctus ante se q̃tuz ad humanaz substan ciaz aut q̃tuz ad diuinam. primũ autē esse non põt. quia nõ fuit xpus factꝰ bõ ante Johãnē. sed Johãnes ante xpm. Sexto enĩ mēse sui conceptꝰ facta fuit christi conceptio. vt habetur Luc. i. Quapropter seqt ꝙ xpus ꝯm naturaz diuinã factꝰ ē. Omne aũt factũ ē creatu ra. dei ita ꝙ filius creatura ē. vt ꝯclu dit Arrianus. Et dicendũ ꝙ dei filius ꝯm diuinaz naturam non ē factꝰ sed ge nitꝰ. ꝯm quod dicit ĩ symbulo Niceani cõsilii. Genitũ nõ factũ. Uerbũ aũt il lud Johãnis quo dĩc // ante me factꝰ ē // intelligitur q̃tuz ad naturaz humanã assũptaz. Et quando dicit Arrianꝰ. ꝙ conceptio Johannis fuit prior ꝯcepti one xpi. pot est dici dupliciter Primo quidez ꝙ prius factꝰ fuit xpus qa ciciꝰ cõceptio eiꝰ fuit tota sil' ꝛ ĩ instanti. sed conceptio Johannis in tempore. Unde si scripsi hodie hanc colũnaz ꝛ heri aliã possuz dicere ꝙ ante illa cõceptio facta est q̃z ꝓcedens si minus appositũ ē tem poris in factione istiꝰ q̃z illius· vel põt aliter dici // ãte me factꝰ ē vir // s. perfe ctus. gracia ꝛ virtutibus. quia cuz fa cta fuit xpi incarnatio ꝯstatĩ fuit oĩ per fectione cõpletus. ꝛ adhuc non erat tal' Johannes. vel põt dici tercio ꝯm bea

tuz Augusti // ante me factus ē // i. mihi dignitate prepositus. Uel ut dicit glo. super librum Numerorũ // ante me fa ctus ē // i. factus ē vt ante me erat. vel ꝯm Origenez. ante me. i. coraz me fa ctus. quia christi presenciam agnouit ĩ vtero. Deinde tangit dignitatē xpi // Cuiꝰ non sum dignus vt soluam eius corrigia calciamẽti // quod quidē vero modo potest intelligi ad litteram. quia tanta ē dignitas christi. ꝙ nulla creatu ra eciam in humilibus digna est illi mi nistrare. ꝛ hoc dicit Johannes ꝙ non ē dignus accedere ad pedes christi vt mi nistrando soluat calciamenti corrigiã. Alio modo põt mistice intelligi vt per corrigiam calciamenti intelligit vnio diuine persone ad humanaz substanciã Non ē igitur soluere dignus· enodare vel explicare qua corrigia vel ligatu ra facta sit unio xpi humane substancie ad personam verbi

Tercia pars

Ercio cum dici tur Hec in be tania facta sunt ꝛc̃. tangit expressa de scriptio ꝺ loci opõtũitate. Sed q̃rit sta tĩ q̃re voluit Euãgelista describē locũ vbi hec facta sũt. Et dicẽdũ ꝙ forte cã hec ē. quia inter omnia que dicuntur de christo nihil ē eficacius ad ꝯdicendum iudeis q̃z testimonium Johannis quia ipsum iustum ꝛ quod plus est christuz putabant. Ad perpetuam igit rei me moriam non solum Johannis testimo nium adhibet. sed eciam circumstan cia loci describitur. ꝙ quẽadmodum ĩ publicis consueuit fieri instrumẽtis in quibꝰ ad rei noticiam describitur locꝰ vbi aliqd actũ ē. dicit ergo // Hec ĩ be tania facta sũt trans iordanē // quod di

addifferenciā illius bethanie que citra iordanē est: nam vt dicit glo. duplex est bethania vna citra iordanē· nō lōge a irl'm que erat ciuitas marie ꝫ marte. in qua lazaruꝫ domin⁹ suscitauit. Altera vo ē trans iordanē q̄ corrupte dicit bethania· deberet enim dici bethara: i. domus aquarū vbi erat Johannes baptizās. Nota q̄ iordanis fluui⁹ vt dicit Jero⁹ nascit de mōte libani ex duobus fontib⁹ quorū vn⁹ vocat ior: alter vo dan: que duo noīa simul iūcta iordanis nomē efficiunt. Johānes vo ibi baptizabat. vel quia famosior erat ille fluui⁹ cunctis aliis. vel quia transibat p loca deserta vbi habitabat. vel quia helyseus ī eodē fluuio baptizauerat naamon syrū. Rogem⁹ ergo ꝛc̄.

Feria quarta quatuor tēporū aduent⁹

Missus est angelus Gabriel a

deo in ciuitatē galilee cui nomen nazareth // Luc. i. Querit Ysa. ꝓpheta. qs sufficienter ī digne valeat xp̄i generationeꝫ enarrare dicēs. 53. c. Generationeꝫ ei⁹ quis enarrabit· qs inq̄ꝫ sufficienter. nā ī pscrutatione istius sancte generatiōis philosophi defecerūt scrutantes scrutinio· iudei vbi ītellexerūt· heretici errauerunt. Quis eciā hoīꝫ digne enarrabit· homo īmund⁹ ex inmundo concept⁹ semine. non ē dignus hāc purissimā et mūdissimā enarrare gnātionē. Ecce enī ut dicit Job: 15. c. Celi nō sūt mūdi ī ꝯspectu ei⁹. q̄to magis abhoīabilis ꝛ ī utilis hō. Cū igit vt dicit Leo papa accedim⁹ ad ītelligēdū sacramentuꝫ gnātionis dominice q̄ꝫ de matre virgine cōcept⁹ ē. abigat pcul terrenarū caligo rationū. ꝛ ab in lumi nare fidei oculis mundane spine fum⁹ abscedat. q̄ vt ꝯseq mereamur virgineꝫ q̄ꝫ sic ineffabiliter cōcepit vbis angelicis salutem⁹ dicētes. Aue maria.

Prima pars

Missus est angelus Gabriel a

Cum alicui principi aliqua sponsa tradenda ē: quantūcūq̄ꝫ ipse sit magne potencie et auctoritatis· non accipit spōsam quā cupit et desiderat nisi sup hoc virginis cōsensū exquirat. Volēs igit deus pater filiū mittere ī mūduꝫ q nasceret ex virgine iuxta hūane legis cōsuetudineꝫ. Nequaq̄ꝫ hic sine cōsensu virginis quam duduꝫ elegerat voluit pficere. Sed legationē ad eā misit angelicā· vt virginis exqreret ꝯsensus quo fieret mater spōsa ꝛ ancilla diuini verbi. Volēs igit beat⁹ Lucas veluđ cancellari⁹ celestis curie diuinaꝫ nobil gnātionē describere· in psenti euangelio tria tangit. Naꝫ primo tāgit noua legatio angelice dignitatis. Scđo additur mira allocutio celestis pietatis. ibi // Et igressus angelus ad eaꝫ dixit // Tercio postponit duota hūiliatio uirginee voluntatis ibi. dixit aūt maria // Ecce ancilla domini. Circa primum quatuor tangūt. Primo enī ponit qs fuerit missus. Unde dicit // missus ē angel⁹ gabriel // Ecce nūcii dignitas: Nō q̄ ad mulierē primā. s: euā venit malus angelus non q̄ missus· sed motu proprio. ad hāc vo muliereꝫ non audebat eciā celestis angelus accedere nisi missus. Igit vt dicit Ber. noua legatio īiungit archangelo quaten⁹ secūdū Crisostimū nunciet regis secretuꝫ. qđ secretuꝫ fide cognoscit et non inquirit

discussiõe. Querit q̄re angelꝰ missus ē ad v̄ginē. ⁊ dicēdū q̄ ꝓpter tria ꝯueniēs fuit mitti angelū. primo q̄dē rōne misterii īcarnatiōis dominice q̄ ꝓpter sui excellenciā nullū aliū exigebat nūciū. scd̄o ꝓpter honorem nascētis. quia enī regē āgeloꝝ nūciabat rēcte angelꝰ mittit̄. Unde loq̄t̄ deꝰ p̄r ad filiū Malach. 3. Ecce ego mitto angeluꝫ meum ante faciē tuā. Tercio vt dicit Jerōꝰ bene enī angelꝰ ad v̄ginē mittit̄: q̄a sp̄ ē angelꝰ cognata v̄ginitas. Nō eciā q̄ ille angelꝰ nō fuit ordīs īfimi sꝫ fuit archangelꝰ. Unde ī q̄daꝫ sequēcia cātat̄. Mittit ad v̄ginē nō quēuis angelū sed fortitudinē suā archāgelū ⁊c̄. nō autēꝫ q̄cūq̄ꝫ archāgelꝰ mittit̄ sꝫ Gabriel. Et hoc ꝓpter tria. Gabriel enī īterp̄tat̄ fortitudo dei. ⁊ primo q̄dē vt dic̄ Gregoriꝰ q̄a illuꝫ nūciare veniebat q̄ ē dictus fortis ⁊ potēs deꝰ potēs ī p̄lio. ⁊ iō talis angelꝰ mittitur q̄ ē fortitudo dei. secūdo q̄a ad illā mittebat̄ v̄ginē: que sua fortitudīe caput antiq̄ serpētis cōtriuit. vt dicit̄ Gene. 3. tercio quia diuine īcarnatiōis opus erāt sup̄ v̄tuteꝫ nāe ⁊ potencia diuina ꝑficiendū. Ideo Gabriel mittit̄ q̄ sui p̄sencia ipsā virtute dei īsinuet. Scd̄o ponit q̄s illuꝫ misit // a deo // Ecce mittētis diuinitas. deo enī cōuenit p̄ncipaliter angelicam mittere creaturā q̄ ipsaꝫ cōdidit ⁊ creauit. Unde p̄s: Qui facis angelos tuos sp̄us. et ministros tuos flāmaꝫ ignis. Nota q̄ deus mittēs angelū. seruit p̄r filiꝰ ⁊ sp̄us sc̄us. pater quidē quoniā ei īcūbit ꝓuidere filio de sponsa et genitrice. filius v̄o misit q̄a v̄enturꝰ erat in v̄ginē. sed sp̄us sc̄us sanctificare debebat eādē. tota igit̄ trinitas misit archangelū. Tercio ponit vbi missus est quia // ī ciuitatē galilee // Et nota q̄a vt dicit glo. sup̄ Ysa. duplex ē galilea. vna ē galilea genciū ꝯiūcta tiris quaꝫ salomō dominauit regi Irā. vt habet̄ 3. Reg. c. 9. Altera v̄o ē sup̄ mare genazaret. ⁊ ē galilea iudeoꝝ ad ciuitatē prime galilee nō ē angelꝰ missus. sꝫ ad ciuitatē q̄ ē ī altera galilea. Deīde ponitur nomē ciuitatis // Cui nomē nazareth // nazareth aūt īterp̄tat̄ flos ⁊ bene ille locꝰ ꝯuenit ꝯceptioni xp̄i. eo q̄ ip̄e velud flos de m̄re v̄gula sic cōceptꝰ. Unde Ysa. 11. Egrediet̄ v̄ga d̄ radice yesse ⁊ flos de radice eiꝰ ascēdet. q̄d exponēs Ber. dicit florē ītelligere filiū ⁊ v̄gulaꝫ m̄rēꝫ quoniā ⁊ v̄gula floruit absq̄ꝫ semine ⁊ v̄go ꝯcepit nō ex hoīe. nec v̄ge vigorem floris lesit emissio. nec v̄ginis pudoreꝫ sacri ꝑtus editio. Nota q̄ xp̄us flos ē scd̄m q̄d d̄r Cant. 1. Ego flos campi ⁊ liliū ꝯualliū q̄ q̄dē flos vt dicit Ber. in flore ciuitatis et de flore v̄ginitatis ꝯcipit̄. Est āt xp̄us flos ꝓpter pulchritudinē. puritatem. odoreꝫ ⁊ vigoreꝫ. pulchritudine delectat. puritate sāctificat. odore recreat ⁊ vigore cōfortat. Quarto ponit̄ cui missus est angelꝰ. Et tāḡit̄ circa p̄sonaꝫ cui facta ē illa missio q̄tuor. s. puritas v̄ginalis. statꝰ maritalis. nobilitas originis et dignitas noīs. Primo igit̄ ꝯmendat euangelista p̄sonam cui facta est missio dicens // ad v̄gineꝫ. multe v̄gines erāt ī mūdo ex q̄bꝰ oībꝰ illa gloriosa electa ē. vt deū p̄iter concipiat ⁊ hoīeꝫ. Ad v̄gineꝫ igit̄ missus est angelꝰ. nō q̄liter cūq̄ꝫ v̄gineꝫ. sꝫ vt dicit Ber. v̄gineꝫ mēte. v̄gineꝫ corpore et p̄fessione. nec fuit illa v̄go subito et a casu inuenta. sed eternaliter preordinata. Unde dicit Damasc. 4. libro. c. 6. Ipsa dei genitrix p̄eterno ⁊ ꝓuisiuo dei cōsilio est predeterminata

z diuersis imaginib⁹ z sermonib⁹ pro-
phetarū per spūm sanctū pimaginata z
perpdicata fuit. Querit quare xpus ex
vgine uoluerit ɔcipi z nasci. dicendū
q xpus voluit nasci ex virgine ppter
quinq. Primo ppter nascentis digni-
tatē. talis namq part⁹ eū decebat. ut
sicut null⁹ ē fili⁹ eo dignior. ita matre
eius vgine nulla repiat dignior. Se-
cūdo hoc fuit rōnabile vt gnātio ipsi⁹
tpalis ex mre esset aliqle vestigiū ge-
nerationis ei⁹ eternaliter ex pre sicut
mre. z hec rō pōt haberi a Damas. 4.
libro. c. 6. Tercio hoc fuit cōueniens
quia fili⁹ iuxta legis pceptū. Exo. 20.
c. Honorē debet seruare mrnū. ho-
nor aūt maxim⁹ est vginitas. Quarto
hoc ɔueniebat nobis. nā vt dic. Aug⁹
phas nō erat vt per ei⁹ aduētū viola-
ret integritas q venerat corrupta sa-
nare. Quīto hoc fuit ɔueniēs ad ɔple-
mentū opm dei. hoīem. n. fecerat deus
sine viro z femina vt adā. de viro āt
feminā fecerat hoīem vt euā. de vi-
ro aūt z femina ɔtinue facit hominem.
Ad ɔplementū igit diuine factiōis ex-
igebat ut hoīem de femina faceret sine
viro. qd ɔpletū ē i vgine. Et hec ē rō
Anshelmi i lib° de ɔceptu vginali.
Deīde scdo ponit vginis status ma-
ritalis // Desponsata viro // despōsata
erat vt dicit Aug⁹ homini iudeo. sed
placuit altissimo deo // Cui nomen erat
ioseph // ioseph iterpretat acrescens et
in isto ioseph ɔpleta est ppheciā Gene.
49. c. vbi dicit. Benedictiones pris
tui confortate sūt benedictiōibus pris
eius donec veniret desideriū collium
eternorum. Illa aūt benedictio fuit ex
imitatione dextre excelsi. quia illa que
sibi desponsata erat accepit benedicti-
onē acrescendi. vt illud dicit non ope

nali. sed benedictiōe celi desup. et eciā
vxor ei⁹ genuit deū. Unde Deu. pſt.
c. Dei benedictio ei⁹ q apparuit i rubo
Nō quia hec scā vgo quā de⁹ elegerat
despōsata fuit ioseph. z iā facta despō-
satiōe nulla iterueniente libidine mis-
sio angelica dei delata est. Et iō querit
cū xpus ex vgine nasci voluerit quare
non qlitercūq vginē sz desponsatam
voluit esse mrem ex q eius fieret con-
ceptio. Dicendū q sex sūt cause qre ex
desponsata vgine xpus voluit cōcipi.
Primū est scdm Ambro. vt despon-
satio tolleret suspitionem criminis a
ɔceptu vgineo. si. n. ɔcepisset inupta
vgo ifamata fuisset mr domi falso cri
mine. Unde Amb. sciebat de⁹ tenerā
eē vginis verecūdiā. z lubricā famā
pudoris nec putauit ort⁹ sui fidē mris
iiuriis ascernendā. Secūda cā est vt
dicit damas. vt partus vginis diabolo
celaret. sciebat eni xpm nasciturū esse
ex vgine. et iō obseruabat si aliq vgo
cōciperet vt ipsā ifamaret. Cū igitur
vgo desponsata ɔcepit. nec ɔceptū eius
cognouit nec diffamare potuit. Tercia
cā sm Orige. vt sponsus eēt i solatio
vginis z misterio. Quarta cā vt ostē-
deret domin⁹ mrimoniū esse licitum.
Quinta cā vt mr domi hret aliqd cu-
iuslibet stat⁹. s. vginitatis. mrimonii
z viduitatis. Sexta cā vt ostenderet
q facta desponsatiōe ante ɔuentionem
cōiugii remanet arbitriū transeūdi ad
meliora vota alterutro irreqsito. vt
ē religionis ingressus qsia desponsat
deo. Unde vginē despōsatā deo xpus
elegit. z ad honorē despōsatiōis diuīe
trāstulit. Deīde ponit nobilitas ori-
ginis // de domo dauid // q erat dom⁹ re-
galis. descendit. n. ioseph a dauid sm
carnis ppagationē. z per salomonē q



fuit linea regalis. Sz quereret aliqs quia nõ videt ex hoc q btã vgo fuerit de domo dauid qa de solo ioseph hic dicit. Et dicendũ ẽm Jero. z Damasce. qa nõ fuit ↄsuetudo scripture alic⁹ genelogias p mulieres describẽ. z iõ non ponit hic directe gñatio vginis. qa tamẽ erat legis ad populũ vt qlibz de domo sua vxorẽ accipet. ioseph cũ eẽt iustus de domo dauid vnde traxerat originẽ desponsatã suscipe vginẽ voluit. Et iõ cũ dicit eũ fuisse de domo dauid. hoc idez de vgine intelligas. ex quo apparet christũ natũ fuisse de domo dauid. quamqz i ↄceptione ei⁹ nihil fuerit ioseph opatus. Deinde ponit virginis honorabile nomen. ↄsueuerunt hoĩes querere de spõsa alicui⁹ q̃ sit origo ei⁹ quod sit z nomẽ ei⁹. Et respondit euangelista qa est // de domo dauid et nomẽ virginis maria // Ecce dignitas noĩs. Nota q frequẽter noĩa iposita indicãt de cõditionib⁹ noĩati. Hoc aũt nomen maria triplicez habet iterpretationez ppter qd ostendit huic vgini q xpm genuit. dicit eñ maria stella maris. dicit illũiatrix. dicit z domina. vere quidez hec vgo btã fuit stella maris q̃ nauigãtib⁹ nobis p hoc mare seculi irradiat. Unde Beda sup Luc. Maria ingt q̃si sidus eximiũ iter fluct⁹ labentis seculi grã priuilegii spãlis effulsit. Secũdo hec vgo dicit maria. i. illũiatrix. quoniaz ex ipsa velud ex stella ꝓcessit sol qui illuminat oẽm hoĩem venientez in hũc mũdũ. Tercio hec virgo domina dicit singularis. cũ eñ oẽs mulieres subiecte sint viris. hec tamẽ oĩbus dominat qa genuit dominum celi z terre. multe igit mulieres nũc z pri⁹ dicte sũt maria. sz ista singulariter. Et qstũ ad istas vltimas iterptationes dicit Cri. maria hebraice stella maris. latie vo domia vocat z merito qa z toci⁹ mũdi dominum et lucẽ seculis meruit generare perhennem.

Secunda pars

Secundo cum dicitur et ingressus angel⁹ ad eaz // tangit noua allegatio angelice dignitatis. In q pte gnqz ponũt. Primũ ẽ angelica reuerencia z more salutatiõis. Et scias qa. vt dic Beda vborum q̃ hic ponũt solenniter ordo notand⁹ ẽ totus qz arci⁹ cordi inserend⁹ q̃to manifestius apparet q in ipa tota nr̃a redemptoris sũma ↄsistit dicit igit euangelista // Et igressus angel⁹ ad eaz // vbi tria ↄsideranda sunt. Primo eñ ex eo q angel⁹ ad eã igressus est. ostendit vginis pudicia qa nõ foris vagantez eaz repit angel⁹. sz vt dicit Crisost. solaz in penetralib⁹ quaz nemo viroꝝ viderat sol⁹ angel⁹ repit solaz sine comite. solã sine teste. Considerandũ ẽ scdo in q̃ ei forma angelus apparuit. Et dicẽdũ q btã vgo vidit ad se igredientẽ angelũ nõ visione imaginaria. sz angel⁹ formauit sibi corp⁹ lucidũ vt eciã sensibiliter vgini appareret. Unde dicit Aug⁹ in sermone ex psona virginis. venit ad me Gabriel archangel⁹ facie rutilans. veste coruscans. icessu mirabilis. aspectu terribilis. qa eñ illũ nũciabat q corpus ex vgine volebat assumere. ↄgrue corporali specie debuit apparẽ. Deuote aũt tercio ↄsiderandũ ẽ quid nã reperit angel⁹ vginez agentez in ipsa hora sui igressus. Et dicit q lz depigant pictores manib⁹ opantez ego tamen credo q ipa vgo beata tũc ocio nõ vacabat. nec alicui erat opi occupata sz tota erat

abstracta in ꝯtēplatiōe meditando sup salutē humani generis qualiter .s.p vginē deus debeat humanū gen⁹ salvare: in hoc igit actu tā itime ꝯtemplatiōis quo erat totaliter deo piuncta ꝛ ad eā igressus ē angel⁹ ꝛ forte nūq̄ in tanta fuerat cōtemplatōe quāta tunc erat: rōnabile enī videt q̄ tūc corporaliter sibi diuinū meret verbū quādo spūaliter tota manebat i cōtemplatiōe ipi⁹ // Ingressus aūt angel⁹ ad vginē // quid egerit audiam⁹. Magna quippe cū reuerēcia eā salutauit ꝛ dixit // Aue Salutationē nūq̄ īuenim⁹ datā fuisse mulieri ab angelo. qa ipa fuerat causa vt salutationē perderem⁹. hec vo mulier primo ab angelo salutata ē. qa per ipsā salus mūdi erat ventura. curialis fuit celestis ille nūci⁹ q ante vginē salutauit q̄ diuinam explicaret legationē. salutans igit angel⁹ vginē dixit // Aue grā plena // In q̄ salutatiōe laudabiles ei⁹ ꝯditiōes describit. sicut cū aliquē salutam⁹ titulū laudis apponimus. vt Sanctissimo prī sūmo pōtifici. Inclito Imptori sp augusto. Illustri regi francorū. Venerabili i xpo prī gnāli priori ꝛc. Describit ita q̄ i salutatione angelica vginis multipliciter priuilegiū. Primo enī tangit grē plenitudinē // Aue // hic mutatū est nomen eue ꝛ res q̄ ipsa fuit plena ve. sed illa fuit sine aliquo ve ab a q̄ est sine ꝛ ve // grā plena. vere plena ꝛ semp plena qa dicit Jero⁹ ceteris per partes in maria vo tota se īfundit grē plenitudo Sicut enī i sole de⁹ posuit oēs vtutes aliorū siderū. ita i maria omnē grām aliorꝝ scōrū. Deinde tangit angelus circa eā diuinū ꝯsorciū // domin⁹ tecū // cū oibus sanctis est domin⁹. ꝛ tamē cū vgine excellentissime erat cū q̄ nullus

hō nec hūani generis inimic⁹ erat tāto amplius tecum erit deus quanto extra partū ꝛ semine creatura fueris purior Deinde tangit angelus benedictionis vginee munus singulare // Benedicta tu i mulierib⁹ // vere benedicta super oēs mulieres. qa i ipsa maledictio eue mutata est i benedictionem. benedicta eciā sup oēs homines que deū genuit ꝛ hoīem. benedicta ꝛ sup omnē angelicam creaturā. dum angelorū peperit regē. Queritur q̄re angel⁹ salutans virginē nomen illi⁹ tacuit. dicendū q̄ forte nomē ei⁹ tacuit ꝓpter tria. Primo propter virginis excellēciam. excellentes enim personas cum salutamus non noīamus s̄ nomē cordi retinem⁹ vt salue pater. aue rex. Scđo iō tacuit nomē vsitatū quia aduenit ei nomē specialis dignitatis quo nominanda erat. sicut cū aliquis est factus prior. obmisso vsitato noīe dicim⁹ eū priorē noīando. Tercio iō nomen eius tacuit quia nō mittebat ad eā salutandā inquantū erat maria s̄ iquantū erat grā plena. Scđo ponit vginis modestia // Que cū audisset // nouā salutatiōis formā // turbata est // aliq̄li timore nō perterrita. Unde modeste tetigit euāgelista mētis ei⁹ affectū. Nota q̄ tres sūt cause q̄re vgo timuit. Primo qdē ꝓpter angeli p̄senciā. quoniā ꝛ si ꝯsueta erat videre angelū tamē nou⁹ modus apparitiōis in lumine ꝛ splendore eā perturbauit. Unde cantat ecclesia Expauescit virgo de lumine. Scđo iō timuit qa angel⁹ virilē speciē demonstrabat. nam vt dicit Cri. Trepidare vginū est et ad oēs viri igressus pauē oēs q̄ viri affat⁹ vereri. Et iō vt dic Ambro. libro .1. de off.ciis. Salutata vgo ab angelo tacȝ ꝛ mota ē i introitu

ei⁹ atq3 ad virili sex⁹ spēm v̄ginis pe-grinat aspectib⁹. Tercio iō turbata ē. qa eā angel⁹ ī sua ꝯmōe laudauit. ⁊ scē mente ſ quāto ampli⁹ graciis ⁊ laudib⁹ excolūt tāto magis timēt. Unde dicit ꝙ // turbata est ī ꝯmone e⁹ // Deinde tangit v̄ginis prudēciā // Et cogitabat q̄lis eēt illa salutatio // nō mireris si cogitabat. qa nūq3 fuerit audita talis salutatio. Considera v̄ginis ḡuitatem. qa nō fuit ꝓmpta respondē angelo sed tacuit. ꝯsidera prudēciā3 quia cogitabat. considera prudenciam qa vt dicit Ambro. i. de officiis. q̄uis v̄go eēt curialis ⁊ hūilis p̄ verecūdia tamē nō resalutauit salutantē angelū nec vllū tulit respōsū. Ab illa igitur v̄gine certe addiscant v̄gines v̄borū vitare lasciuia3. qa vt dicit Beda maria etia3 salutationē verebat. Tercio ponit angelica allocutio. videbat eni3 angelus v̄gine3 trepidante3 ⁊ cogitantē. ⁊ ideo vtriq3 rei cupit satisfacere. primo enī timore3 expellit // et ait angel⁹ ei. ne timeas maria // Nota ꝙ est ꝓpriū bonorū spirituū qa l3 in primo eorū aspectu timeat hūana fragilitas ꝯsequēter tamē timore3 expellūt. iō aūt voluit angel⁹ timore3 a v̄gine expellere ut aduerteteret ad ītelligēciā diuine īcarnatiōis quā anūciare volebat. vnde ⁊ familiariter cui⁹ nomen primo tacuerat nūc vocat ex noīe vt audito noīe ꝓprio ad se redeat v̄go. Est aūt sciendum qa vt dicit Petr⁹ rauenen. angel⁹ ꝯfortans v̄gine3 ne timeat nō sine metu metum discutit audientis. hec enī dicens ⁊ ipse angel⁹ timet ⁊ admirat. stupet enī totū deū uenire int̄ v̄ginales angustias: cui tota tocius simul angusta est creatura. Deinde qa videbat angel⁹ v̄ginem cogitante3 de salutatiōe. iō eandē

explicat salutatione3. anūcians cū hoc v̄bo conceptū. dicit ergo nō mireris si dixi gr̄a plena // Inuenisti enī graciam aput deū // Nō qa īuenit v̄go apud deū gr̄am plenarie scīficatiōis qa ante fuit scā q̄3 nata vt dicit Ber. habuit gr̄am ꝯfirmationis qa nūq3 peccauit seu peccare potuit. habuit gr̄a3 diuine gnātionis. nihil enī maius ē ī diuinis q̄3 deū p̄re3 gnāre v̄bū quod tamen v̄gini est coīcatū. habuit gr̄am fecūditatis ⁊ pudoris. Unde Petr⁹ rauanen. loquēs ad v̄gine3. Uirgo inqt te m̄re3 p̄stitit gr̄a nō nr̄a. genitrice3 te pietas voluit dici qua3 nō sciebat ītegritas: ī tuo cōspectu in tuo partu creauit pudor. aucta est castitas. integritas roborata ē solidata q3 v̄ginitas. Deīde quādo dixerit angel⁹ // domin⁹ tecū // apit qualiter singulari mō ꝯceptionis de⁹ sit cū v̄gine // Ecce ꝯcipies ⁊ paries filium // tangit aūt ꝯceptū v̄ginis q̄si per eadem v̄ba Ysa. 7. c. Ecce v̄go cōcipiet ⁊ pariet filiū ⁊ vocabit nomen ei⁹ emanuel vt ostendat eam esse v̄gine3 de q̄ hic dictū ēst // Et vocabis nomen ei⁹ ihesū Jesus īterp̄tat saluator ⁊ saluator omniū nūqd saluaret m̄ris v̄ginitate3 congruebat ⁊ nasci hec q̄ dicta sūt de ꝯceptu v̄ginis ptinet ad hūanitatem v̄bi.

Deīde tāgit diuitatis ei⁹ magnitudine3 // Hic erit magnus glo. Ambro. nō ꝙ ante partū v̄ginis magnus nō fuerat s3 qa potenciā quā nāliter dei fili⁹ habet hō acceptur⁹ erat ex tpe. consequenter tangit angel⁹ q̄ sit illa magnitudo nasciturī // Et fili⁹ altissimi vocabit // nihil est maius q̄3 filiū eē altissimi dei. nō p adoptatiōe3 vt nos sum⁹ filii dei s3 nāliter quō xp̄us ē dei fili⁹. Deinde qa dixerat angel⁹ // Benedicta tu in mulierib⁹ // assignat istius benedi-

ctionis causaz. videm⁹ aūt q̧ sepe be-
nedicūtur parentes ī filiis. sicut alicui
v̄tuoso dicim⁹. benedicta mr̄ q̄ te ge-
nuit sic v̄ginē gloriosā ī filio benedici
mus dicētes illud Judith. 13. Bene-
dicta filia tu a domino qa per te fructū
vite coīcauim⁹. Et iō assignat causaz
benedictionis v̄ginis ex p̄ncipatu na-
sciturí dicēs // Et dabit illi domin⁹ de⁹
sedem dauid prīs eius // Et est aduer-
tendū q̧ primo dixit xp̄m filiuz altissi-
mi. nunc v̄o dicit dauid esse prēm eius
quod esse non posset nisi in xp̄o duplex
esset natura. diuina iuxta quā est fili⁹
dei. ⁊ hūana ẜm quaz est filius dauid.
Et quia ẜm carnez fuit filius dauid iō
xp̄us regnū iudeorū eciaz iure habuit
hereditarie successionis. Unde Jere.
33. Ecce dies veniūt dicit domin⁹ ⁊ su
scitabo dauid germen iustuz: ⁊ regbit
rex et sapiens erit: Deinde ostendit
vbi ⁊ quātū sit regnatur⁹ // Et regbit ī
domo iacob in eternū // Aduertendum
q̧ non exercuit xp̄us in mūdo tpale re-
gnū iurisdictionez ⁊ iō spūaliter regīt ī
domo iacob. de domo aūt iacob lz scdm
carnez soli mūdi sit. tamen quia domus
iacob magna ī fide religionis fundata
erat q̄z in carne ⁊ sanguine. ideo oēs fi-
deles de domo iacob sunt. Et iudei non
credentes: de domo dauid nō sunt // Et
regni eius nō erit finis // Unde Dani.
7°. Potestas ei⁹ potestas eterna que
non auffert̄ ⁊ regnū ei⁹ quod nō corrū-
pet̄. Quarto ponit̄ v̄ginis interro-
gatio. cū enī tanta locut⁹ fuerit angel⁹
postea tacēs expectās v̄ginis respōsū
// Dixit aūt maria ad angelū // Conside
ra qa cū salutasset angel⁹ v̄ginez cum
tanta illi euangelizasset in oībus ipsa
tacuit: ⁊ nūc primo locuta est. ⁊ vt dic
Criso⁹. Propositū sue mentis reue-
renter exposuit. vitaz videlz v̄ginalē
se ducere decreuisse // Quō inquid fiet
istud vt cōcipiā ⁊ pariaz altissimi filiū
quoniā virū nō cognosco // i. ꝓposui nō
cognoscē alias enī interrogatio nulla
esset. Considera quantū illa gloriosa
femina v̄ginitatē amabat. cuz enī alie
mulieres amore ꝓlis: nō solicitent̄ de
v̄gītate pdita illa tamē audiēs se debē
cōcipere altissimi filiuz c⁹ regni nō est
finis. nihilomin⁹ de mentis sue v̄gini-
tate solicitat̄ dicēs // Quō ⁊c̄. Nota qa
ut dicit Criso⁹. ipa fuit prima feminax
que deo vouit v̄ginitatez. sed tūc q̄rit̄
quō ꝯsensit mr̄imonio vt accipet spon
sū. peccaret enī mortaliter q̄ facto vo
to ꝯtinēcie assentiret ī mr̄imoniū. Et
si dicas q̧ ꝯsensit ī mr̄imoniuz cuz in-
tentione. tamen vt nūq̄z sequeret̄ car-
nalis copula. Cont̄. tūc nō fuisset vex
mr̄imoniū. quoniā talis ītētio dirimit
mr̄imoniū ⁊ ꝯ̄ria est sibi. Et est dicēdū
ẜm ītentionē btī Aug⁹. ī lib° de bono
coniugali. q̧ maria ⁊ ioseph anteq̄z fi-
eret mutua desponsatio v̄ginitatē ser-
uare ꝓposuerant. ⁊ scī spūs reuelatiōe
vtraq̄z psona ꝯsensit ī mr̄imoniū. nec
alter ꝯsensisset ī alterū nisi docēte spū
scō alter alteri⁹ cognouisset ꝓpositu3.
postea v̄o qd̄ ꝓposuerāt corde: vterq̄z
exprimēs v̄bo deo vouit. Et cuz que-
ris vtrū btā v̄go ꝯsenserit ī carnalez
copulaz. dico ẜm eundez q̧ nō ꝯsensit:
nisi de⁹ de hoc spālíter reuelaret. vex
igit̄ mr̄imoniū fuit. sz ad carnalez co-
pulaz nec ꝯsenciens erat nec dissenciēs
q̄z diu non docaret̄ scī spūs reuelatione
quid esset agendū. Quīto ponit̄ con-
cept⁹ v̄ginei explicatio // Et respondēs
dixit ei // Delectabat̄ angel⁹ multū vt
videret̄ loqui cū v̄gine vnde eciaz ei
ad singula respōdebat // Spiritus scūs

Nota quia vt dicit Ambro. sup Luc. Non solum deus condidit creaturas. sed eciaz hunc munduz multiplicādū gnātiones eis contulit q̄z seruarent et potuisset ordinare aliū modū. quando igit̄ voluit potuit istū ordinez imitare quod ꝛ factuz est in conceptu v̄ginali. igit̄ ꝙ sicut spūs sanctus ex aquis sup quas ferebat̄ in pricipio mūdi ꝑduxit animal aquatile. ita ex purissimis sanguinibus v̄ginis ꝑduxit corpus xpi. Item sicut v̄ga aaron floruit sola diuina virtute Nume. 17. c. Item sicut flos ex v̄gula solo aflatu a vere ꝑducitur. Itez sicut imago format̄ in speculo sola p̄sencia faciei. Supuenit igit̄ spūs sanctus in v̄ginez quemadmodū ros descendit super rosaz vel liliū dās illi concipiendi v̄tutez. Deinde ponit incarnationē xpi // Et v̄tus altissimi // dei verbuz est v̄tus altissimi. vt dicit apostolus. 1. Corinth. 1. c // Obumbrabit tibi. Nota ꝙ diuinuz v̄bum quod ē v̄tus altissimi ītelligit̄ obumbrasse v̄gini dupliciter. Primo ꝓpter carnē assumptaz. sicut sol obumbrat̄ nobis. vt q̄d in se intueri non possumus. obumbratione nebule videamus. Scd̄o pōt hoc intelligi quia sicut vmbra refrigerat. ita diuinuz v̄buz remouit a v̄gine omnem concupiscencie estum. Deīde ostendit quare nasciturus erit filius dei // Ideo q̄z ꝛ quod nascet̄ ex te sanctum // bene sanctuz est ꝙ superueniente spū sancto ex v̄gine natum est // vocabitur filius dei // quia enī virtus altissimi est filius dei si hec v̄tꝰ obumbrabit virgini assumendo carnem hoc q̄d nascet̄ ex ea vocabit̄ filius dei. Deinde angelꝰ inducit exēplū vt ꝯfirmet̄ cor v̄ginis marie // Et ecce Elizabeth cognata tua // vxor zacharie erat cognata v̄ginis ex parte matris. quia btā anna mr̄ virginis fuit de genere sacerdotali. sz ex pte patris fuit de domo regia. hoc enī fuit speciale in populo iudeoruz vt regia tribus et sacerdotalis posset misceri // Et ipsa concepit filiū // Iohānez baptistaz // In senectute sua // quod videt̄ etati non conuenire // et hic mensis // s. est // sextus illi // natiuitatis a conceptu. Fuit enī btūs Io. cōceptꝰ septimo exeūte februarii que vocatur sterilis. quia .n. icepta fuerat gnātioni ab oībus vocabat̄ sterilis. Nota quia circa conceptū elizabeth tangit angelꝰ senectutez. quod est defectus etatis et sterilitatem que est defectus nature. quorū vtrumq̄z erat conceptioni contrariuz. quatenus v̄go in qua florebat iuuentus que fecunditatis v̄tutez superueniente spū sancto debebat suscipe ꝛ non dubitare. vnde angelus infert // quia non erit īpossibile apud deum oē verbum // nullū verbum est deo īpossibile qui generando filiū omnez rōnem verbi in ipso produxit. Unde p̄s. Oīa quecunq̄z voluit fecit ꝛc̄.

Tercia pars

Ercio cum dicitur Dixit autē maria ꝛc̄. tangit̄ deuota hūiliatio v̄ginee volūtatis. Considera ꝙ non v̄bis locuta ē v̄go ī tāta ꝓfūditate misterii et nihilominꝰ pauca v̄ba ꝓtulit. quoniaz v̄borū multitudinē debet fugere v̄go. Audiamꝰ ergo vocem v̄ginis // Ecce ancilla domini // Ecce quāta virginis hūilitas q̄ ut dicit Be. dū mater eligit̄. ancillā se sui ꝯditiōis appellat. Nota ꝙ īter oīa q̄ maxime quātūcūq̄z decorāt v̄ginē ē hūilitas q̄ tātū placuit filio dei vt ipsū de celo traheret. vt ex

virgine carnez assumeret· queadmodum ferrũ trahitur ad magnetem .z tãtũ placuit xpõ illa respõsio virginis cum dixit // Ecce ancilla domini // qꝫ ex hoc magis se appellat ĩ scriptura ancille filium qꝫ virginis. Unde pps. Ego seruus tuus inquit et filius ancille tue. Que est illa mulier cui talia ꝑmitterent et vocaret se ancillaz· quinpocius exaltaret se sup sidera. vnde z prima mulier cum audisset a serpẽte. Eritis sicut dii statim in superbia elata cõtra creatoris impium extendit manum ad fructũ ligni vetiti. hec võ sancta vgo audiens se deũ genituraz· ancillam et non matrem se vocat: Deinde ponit cõsensus virginis cũ desiderio // Fiat mihi scdm verbum tuũ // cõsentit vgo diuine dispositioni z optat fieri quod dictum est ab angelo: quãtũ ad duo et vt concipiat sancti spiritus virtute: z vt altissimi filiũ generet. Quõ putas gaudentem fuisse angelum et exultantem audiẽs virginis consensuz z desideriũ audiens sic ꝑmptam humilitatẽ z obediencaim. videns quia non frustra ad virginem missus fuerat. sed responsionez deo acceptabilẽ relaturus ad ipm qui miserat reuertebat. Cõsidera virginis fidẽ z desideriuz q̃ illud credidit z ĩ se fieri desiderauit virginez .s. deũ concipere. quod nũqꝫ a seculis fuerat auditũ· nunqꝫ repertũ· a nemine visũ nec ab aliquo cognituz. z hec quidẽ credidit. nec multis rõnibus adductis sed parua disputatione cuz angelo habita. Nota quia vt dicit Damasc. e. 3. lib°. c. 2. Statim post supassensũ virginis spũs sanctus superuenit sup ipsam. scdm domini sermonez quem dixit angelus purgans ipsam z virtutem susceptans dei verbum tribuens· similiter aũt et

gnatam. et vt idem dicit. 4. libro. c. 6 Tribuit creatori creari· z plasmatori plasmari· et filio dei in deo incarnari z hũanari ex castis et incoinquinatis eius carnibus ac sanguinibus. Statĩ ĩ pura carnis substancia totũ corpus xpi formatum fuit omnibus corpalibus lineamentis et perfectũ fuit statim anima rationali ac q̃ erat grã plena et gloria et in ipso eodem instanti fuit ei diuinuz verbum iunctũ insepabili vitate personali. Unde Grego. 18. mora. Mox anunciare inquit angelus et adueniẽte spiritu sancto. mox verbum in vtero mox in terra natũ verbum caro factuz est. Igitur ꝯcludit Johãnes os aurei dicens. Fiat sine virili semine conceptus in virgine: nascatur de spiritu scõ integra carne· sanctum quod nascitur in terra de homine matre: sine homine patre: vocetur dei filius. Qui cũ zc.

Feria sexta Introductio.

Exurgẽs maria abiit ĩ mõtana

cũ festinatiõe ĩ ciuitatẽ iuda zc. Luc. i In expositione euangelii quarte ferie diucius ĩmorati sumus et longum sermonem pertraximus· hoc enim exigebat ĩcarnati verbi misteriũ. si quomõ illud vnicũ verbum multis possem⁹ verbis aperire· vt loqui eciam verba eiusdem virginitatis z deuocius perscrutamus. Nunc ergo potestate contemplationis suauitatem ꝓpriaz intueamur fragilez culpam. et ꝯuertamur ad orationem· vt quod incepimus valeamus pficere. exorantem pro nobis virginem quatenus nobis aministret virtus et scia. Exaudi virgo exaudi

altissimi dei genitrix exaudi plena grã munus itaqz salutationis angelice tibi offero dicens. Aue gracia plena rc.

Prima pars

Exurgẽs maria abiit in mõtana

Exercitati sunt in cognitione signorũ ex his q̃ apparent in muliere pregnãte de cõditionibus nascituri prenosticant et coniecturant. attendunt enim gest⁹ mulieris qualiter se habet in moribus qualiter ĩpositionibus. qualiter et qd loquatur. qualiter aspiciat. qualiter somniat qualia desiderat rc. multa obseruant naturalia signa ex quibus aliquando preiudicant qualis futurus st conceptus pregnantis. Sed quia v̄go maria supra naturaz cõcepit. nequaqz naturalibus sed supernaturalibus signis potuit sui fetus cognosci sublimitas. non enim ꝯsuetas habuit pregnãtum passiones. Volens igitur euãgelista ante partum virginis nos ĩstruere qualis sit quẽ virgo cõcepit. eiusdem v̄ginis pregnantis deuotos nobis gestus insinuat. Igit in presenti euangelio vbi de his agitur tria nobis dant intelligi. Primuz est modestus virginis gestus. Scd̃m ẽ virtuosus vocis effectus ibi // Et factum est vt audiuit rc. Terciũ est deuote laudis affectus ibi // Et ait maria rc. Circa primum tria tanguntur in euangelio.

Primo virginis incessus // Exurgẽs maria // de domo propria in qua ipsam salutauerat angelus de secreto sue habitationis loco et de intima contemplationis requie. Unde Psalmista. Exurge gloria mea exurge psalterium et cithara. Et respondit virgo. Exurgã diluculo // Abiit in montana // Ad sola enim mõtana virgo deo plena debebat ascendere quam sequamur nos dicentes illud Ysaie. 11. ca°. Uenite ascẽdamus ad monteз domini et ad domũ dei Jacob. Considera quia partus grauat arta incurrit suspiria. sed non grauabatur v̄go quĩimmo petebat sublimia // Cũ festinatione. Cantico. 11. Surge propera amica mea. Nota quia festinabat virgo. Primo quidez secundũ glo. Ne diu videretur ĩ publico. Secũdo vt cõgauderet grãdeue mulieri et pregnanti. Tercio vt cito ei subueniret obsequio ministerii. Unde Ambrosius. Nescit tarda mollimina spiritus sancti gracia. Non enim perrexit virgo in mõtana vt videret si veruz esset quod illi angelus dixerat. qa ipsa non fuit incredula de oraculo vt zacharias. non incerta de nuncio. quin crederet eam esse angelum. non dubitauit de exemplo Elizabeth. sed leta ꝓ voto. religiosa pro officio. festina pro gaudio. in montana perrexit in ciuitatem Jude vbi erat habitatio zacharie et Elizabeth. Nota hic exempluz anagogycum. quatuor enim dicuntur de virgine. s. ꝙ exurrexit in montana. abiit et festinauit in ciuitatem Jude. Surgamus et nos a desiderio terrenorũ in quibus dormitãtes morimur Hora. n. ẽ iã de somno surgere. Unde apostolus. Exurge qui dormis et exurge a mortuis. Secundo ascendam⁹ in montana appetendo celestia. Unde Genesis. ca°. 19. In monte saluum te fac rc. Tercio festinemus quia nõ habemus hic manentem ciuitatem sed futuram ĩquiramus. Unde Hebreorũ. 4. ca°. Festinemus ingredi in illam

requiem vt tandem quarto ingrediamur ciuitatem Jude. i. ciuitatez confitencium celestem Jerusalem. in qua ascenderunt tribus tribus domini testimonium israhel ad confitendum nomini domini. Secundo ponitur humilis virginis igressus // Et intrauit domum zacharie // quatenus secundū glo. grandeue pregnanti iuuēcula deseruiret. Considera virginis caritatē quoniā a seruicio veterane mulieris non retraxit amor ꝓprie domus. quies contemplationis. prolixitas itineris. asperitas moncium. gracia diuini cōceptus. nec virginalis mundicia quin famularetur cōceptui seminario. Hic igitur vt dicit Ambrosius. Addiscāt sancte mulieres quam sedulitatē pregnantibus debeant exhibere cognatis.

Tercio ponitur reuerens virginis salutatio // ꝛ salutauit elizabeth // prior ipsa virgo salutat Elizabeth. Primo quidem vt dicit Beda. quia decet vt quanto celsior tanto sit humilior. Secundo quia congruum est vt matrone prius iuuencula salutē anunciet. Considera quāta consecuta est gracia Elizabeth vt properaret virgo ad ipsam vt domuz eius ingrederetur vt ab ipa salutaretur vt ei famularetur. vnde poterat dicere Elizabeth illud dictuz. Venerūt mihi pariter oīa bona cū illa.

Secunda pars

Ecundo cū dicitur Et factum est vt audiuit ꝛc̄. tangitur virtuosus vocis effectus et ponuntur sex. Primo. n. tangit exultatio precursoris / Et factum est ut audiuit salutationem marie Elizabeth / audiuit humilem iocundā et deuotam salutationē // Exultauit infans // q nōduz fari poterat Johānes. s. baptista // i vtero eiꝰ // i. matris Elizabeth. Nota quia hic primo ipletuz est quod dixit angelus ad virginem. eam esse gracia plenam. sic. n. plena erat qd̄ Johānes baptista ex plenitudine eiꝰ p salutationē suscepit sanctificationis graciaz. Tunc enim adimpleta fuit illa promissio facta zacharie de Johanne q spiritu sancto repleret adhuc ex vtero matris sue. quod factum fuit in salutatiōe virginis vt dicit glo. Unde ꝯsidera imensam virginis graciam. qua eciam precursor christi sanctificatus est. Nota eciam quia conceptꝰ Johannis adhuc nō erat nisi sex mensium. supernaturaliter āt ei collatum est in ipsa hora salutatiōis vt cognosceret virginem esse matrez christi ꝛ deum habere in vtero. Unde quod voce non' poterat. gestu corporis exultauit de presencia saluatoris. et tunc primo inchoauit sue precursorie officium. Secundo ponitur Elizabeth sanctificatio // Et repleta ē spiritu sancto Elizabeth // Glosa. Non prius mater Elizabeth spiritu sancto repleta est q̄z filius. sed filius repletus replet matrem. maria ante conceptum. Elizabeth post conceptum repletur / Et exultauit // spiritꝰ infantis nō valentis clamare. facit clamorez matris // Uoce magna // voce magna clamat q vocem verbi habet in vtero // Et dixit // cū deuotione. reuerēcia ꝛ exultatiōe. 3° ponit Elizabeth vaticiniū / Benedicta tu inter mulieres // Hanc eciaz benedictionē angelus ad virginem attulit. Et nō q mulier eo q fuit prie trāsgressiōis pncipiū q̄tuor hūit

maledictionē a deo. quoniā aūt virgo illis non fuit subiecta maledictionib⁹. ideo dicitur inter mulieres benedicta. ¶Prima maledictio mulieris fuit quia dixit illi deus Gene. 3. Multiplicabo erūpnas tuas. i. multiplices faciā miserias tuas maxime cū sexus mulieris calamitatibus est subiectus a quibus virgo longe fuit. beatitudinis habundancia. Secunda mulieris maledictio fuit. multiplicabo cōceptus tuos. hebreus habet inpregnationes tuas. Sȝ virgo semel tantum concepit ꝛ inpregnata est a spiritu sancto. Tercia mulieris maledictio fuit. in dolore paries filios tuos. Sed vt dicit Aug⁹ virgo in leticia dominuȝ parturiuit. Quarta maledictio fuit. sub viri potestate eris et ipse domitabitur tui. Sȝ virgo sub nullius viri ptāte fuit. imo qa mater omnibus viris dominantē genuit sine viro. Ideo ipsa viris omnibus dominatur in ea nāqȝ ī pletuȝ est illud Esd. 2. c. 8. Oportet nos scire quoniā mulieres dominantur nostri. Secūdo fuit virgo inter mulieres benedicta qa sil' habuit virginitatis et fecunditatis benedictionem. Tercio quia genuit deū simul et hominem. et ideo bene cecinit de illa Dauid dicens. Benedixisti domine terram tuam. Deinde benedixit elizabeth virginis conceptum dicens. ∥benedict⁹ fructus ventris tui∥ Fructus ventris virginis fuit christ⁹ qui fuit benedictus dicente apostolo. Benedictio et claritas et sapiencia et graciarū actio. honor virtus et fortitudo deo nostro. Nota ꝙ xp̄us fuit fructus ventris virginis. quoniam sicut fructus ex flore pducitur. ita xp̄us ex florida virginis carne ꝯceptus est. Iste aūt fructus est speciosi decoris. quia candidus et rubicundus Canti. 2. ca°. Unde ps. Speciosus forma pre filiis hominū. Secūdo iste fructus est frugiferi odoris de quo dicitur Gene. 27. c. Ecce odor filiū mei sicut odor agri pleni quē benedixit dominus. Tercio ille fructus ē suauis saporis. Unde ps. Gustate et videte quoniam suauis est dominus. Quarto ille fructus est miri vigoris. habet enim vigorem eterne vite quia ꝯseruat qui ex eo sumpserit a morte perpetua. Unde enim suauis est sicut fructus ligni vite plantati in paradiso uoluptatis. Quarto ponitur Elizabeth hūilitas∥ Et vnde hoc mihi i. fmg lo. quātū bonuȝ mihi accidit ex aduētu tuo. uel aliter. Unde hoc mihi i. que mea iusticia aut quibus meritis ∥vt ueniat∥ sic humiliter deuote ꝛ reuerēter∥ mr̄ domi mei ad me∥ i. seruā et ancillam eius. Nota vt dicit glo: Ambro. ꝙ spiritus sanctus qui replēs Elizabeth dedit ei prophecie donum ut matrē christi cognosceret. ille idē contulit humilitatis virtutem. ꝛ hac eciā humilitate Johannes baptista se humiliauit dicens christo. Ego a te debeo baptizari. non tu a me. ꝛ alibi. Cuius non sum dignus vt soluam corrigiam calciamenti eius. Quinto ponitur miraculi reuelatio∥ Ecce eniȝ∥ i. ī ipo momento∥ Et facta est vox∥ vox inqȝ colūbine simplicitatis. vox virginee puritatis. vox amene suauitatis∥ Salutationis tue∥ et quid aliud nisi salutare nouerat virgo que salutem domi gestabat in vtero: iam enim ore promittebat salutē quē pariēdo scl'o debebat proferre∥ In auribus meis∥ Canticorū. 2. ca°. Sonet vox tua ī auribus meis. vox eniȝ tua dulcis∥ Exultauit ī sans∥ ī gaudio ī utero meo∥ dis

glo. Cũ vox ĩtrat ad aures corporis. virtus spiritualis ad cor intrat audientis ⁊ non soluz matrem sed eciaz sobolem amore ad audientis attendit:

Sexto ponitur virginis ꝯmendatio // Et beata que credidisti // non sicut maritus meus qui dubitauit. apparet vt dicit glo. Ambro. virginem non dubitasse sed credidisse verbis angelicis. Considera quantuz bonum sit fides q̄ meruit in virgine xp̄i incarnationem. quā eciam in matre ꝓpria voluit xp̄us esse // quoniaz ꝑficient // i. perfecte fient // in te // vt virgo concipias quod tamē iam factum erat ex te vt deum parias altissimi filium et per te vt humanuz genus per te feminam gn̄alem conseq̄t salutem // que dicta sūt tibi a domino // per angeluz spiritu sancto docente cognouit elizabeth ea que dicta fuerant virgini a domino .i. per angelum

Tercia pars

Tercio ponitur virginis deuotus laudis affectus

// Et ait maria // exultans ex deuotiōe prorūpit ĩ canticū. ꝯsueuerāt sancte mulieres dicere domino canticuz. ꝓpter singularia beneficia recepta. Sed virgo cantauit domino canticum nouuz quia mirabilia fecit cui⁹ melodia fuit ei acceptabilior omni laude omniuz.s // Magnificat // i. magnuz predicat // anima mea dominum // i. deuz patrē cui⁹ se ancillā professa erat dicens. Ecce ancilla domini. Nota q̄ magnificauit dominuz maria soror aaron in transitu maris rubri dicens. Cantemus domino gloriose eniz magnificatus est Exo. 15. c. Sed illa virgo ampli⁹ magnificare potuit. qa per eaz velud claritatis diuine stellā. mare p̄sentis seculi transmeam⁹. Altera mulier.s. delbora cecinit canticū domino ꝑ victoria inimicorū. Judic. 5. c. Sz v̄go amplius magnificare potuit dominū quia ex ea natus est qui est victor de tribu iuda. et ꝓpter hanc benedictionez fecit potenciam in brachio suo disꝑsit superbos mente cordis sui Tercia mulier que cecinit fuit anna q̄ p⁹ sterilitatē meruit fecūditatis grām et pepit samuelem magnificans deum dicens. Exultauit cor meum in domino 1. Reg. c. 2. Sed illa virgo amplius potuit deum magnificare. quia fecunditatis suscepit graciaz v̄ginitate manente. Quarta mulier que magnificauit dominum fuit Judith quoniaz ipsa caput holofernis amputauit cantans ⁊ dicens. Incipite domino in tympanis. cantate domino in cymbalis modulamini ipsuz psalmū nouuz Judith. 16. c. Sz illa v̄go ampli⁹ potuit magnificare dominū. quia ipsa contriuit caput antiqui serpentis. quoniaz in ea ꝯpletū ē quod dixit domin⁹ ad serpētē Gene. 3. c. Mulier cōteret caput tuū. Deinde ponit̄ spiritualis v̄ginis exultatio // Et exultauit spiritus meus // supior pars anime // in deo salutari meo // i. in filio dei qui est illud salutare quod expectabat iacob patriarcha dicens. Salutare tuuz expectabo domine Gene. 49. c. In hoc salutari exultauit Abacuch propheta. 3. c. dicens. Ego aūt in domino gaudebo ⁊ exultabo ĩ deo ihesu meo. Uel scd̄m aliam litteram. in deo salutari meo. Nō q̄ bene habebat v̄go causam exultationis in illo salutari pl⁹ q̄ȝ cetere creature quoniam parentes exultant in filiis. et hoc salutare fuit singulariter virginis proles opifex q̄ȝ matris. v̄go queȝ gessit pepit q̄ȝ v̄go.

Et attende diligenter ꝙ considera · si ex gestu v̄ginis pregnātis vis piecturari qualez in vtero conceptuz habet. non enī reperies consueta mulierū sina quomaz vt dicit Ambro. Nihil tortuosum in oculis marie · nihil in v̄bis aut in actibus verecunduz · nō gestus inagibilior · non icestus lasciuior · non vox pectulācior vt ipsa corporis species diuinitatis conceptus anunciet. sz ex his que dicunt̄ in hoc euāgelio quoniaz ipellēte caritate abiit festinanter: intrauit domum humiliter, salutauit elizabeth reuerenter · exultauit infans mirabiliter · sanctificata est elizabeth singulariter · ꝓphetauit iopinabiliter · laudauit v̄ginem excellenter · et ipsa virgo magnificauit dominū ardēter. poteris diuinitatis cōceptuz agnoscē. Quid enī his tā nouis signis et miris auditis credēdū ē nisi qꝛ quod nascet̄ ex ea sanctū vocabit̄ filiꝰ dei. Dicamꝰ ergo cū elizabeth ad v̄ginē. Unde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me ꝛc̄. Nota eciaz ꝙ non sunt nisi tria cantica euangelica. s. canticū v̄ginis · magnificat. canticuz zacharie. benedictus dominꝰ deꝰ isrl̄. et canticū symeonis. nunc dimittis seruū tuū domine. que non cantantur in ecclesia eo ordine quo sunt istituta. Sz primo cantatur canticū zacharie in matutinalibꝰ laudibus per quod erit perfecta redēptio et salus ꝛ in ipso cantico redemptionis nostre salus ponit̄. Scḋo cantat̄ in laudibus quia laudes i aurora dicuntur: Johannes aūt baptista in cuiꝰ natiuitate zacharias cecinit · se habz ad xp̄m sicut aurora ad solem. Canticum autē v̄ginis in vespis dicit̄. quia icarnatio xp̄i cuiꝰ laude canticum hic institutum fuit · facta fuit sexta etate mūdi i sexto mense a conceptione Johānis et sexta hora diei. officiuz autem vespertinuz est tocius temporis sextum officium. Canticum Symeonis dicit̄ in septimo diei officio. s. ad ꝯpletoriuz. quia orat se dimitti in pace quod erit ꝯpletis omnibus officiis. Diuina autem illa cantica dicimus stantes ꝛ nō sedentes. qꝛ euangelica sunt imo quidaz fratres se signant ad iniciū eorum sicut ad euangeliuz. quod fieri non oportet quia signuz crucis premittit̄ euāgelio ne infestatiōe demonis ipediatur itelligencia doctrine euangelice. sed illa cātica non causa instructionis: sed laudis instituta sunt. vnde sufficit signū crucis inpensū frontibus in principio horaꝝ. vt habetur i historiis sanctorum et in sūma de officiis. Rogemus ergo ꝛc̄.

Dominica quarta Aduentus.

Anno quintodecimo iperii Tiberii cesaris, ꝑcurante poncio pilato iudeaz. Luc. 3. Quelibz natio et sui principatus consueuit describere tempora sicut in libro Machabeorum ponūtur tempora quando incepit regnum grecoruz. per se enim habent tempora regni persarum. egipcii tempora regis egiptiorum. ac sic de singulis quelibet natio et gēs habet historias ꝛ cronicas sue originis. Quoniam v̄o principatꝰ ecclesie ꝛ nostre fidei icepit a predicatione Johannis babtiste. Ideo beatus Lucas tempora sue predicationis in p̄senti euāgelio nobis isinuat. Et duo tāgūt̄. Primū est multiplicis p̄icipatus descriptio. secūdū ē nouelle fidei denūciatio ibi // et venit i oēz regiōez /

Circa primū quatuor tāgūt. s. vni-
uersale mūdi oīum diuisū iudeorū re-
gnū. pontificale sacerdociū ⁊ ꝓphetale
officiū. describit enī nobis btūs Lucas
q̄s dominabat toti mūdo. qui p̄sidebāt
genti iudeorū. qui erāt p̄ncipes sacer-
dotū quādo Jo. p̄dicare incepit. Tan-
git igit triplicē p̄ncipatū que vt oīa
clari⁹ pateāt ad expositionē lr̄e: aliqd
s̄m historiā est dicendū. Sciendū est
igit vt pōt h̄ri a mḡro in historia sco:
q̄ prim⁹ romanorū impator fuit Juli⁹
cesar. qui ideo cesar appellat⁹ est vt di
cit Isido. 9. ethy. Eo q̄ ceso mortuo
m̄ris vtero educt⁹ p̄lat⁹ q̄ fuerit. uel
quia cū cesarie natus sit: ab hoc ceteri
impatores cesares appellati sunt: Se
cundus impator fuit Octauian⁹ augu
stus q̄ iō august⁹ dictus est. quia ma-
xime rempublicā auxit ⁊ p̄cipue ī vi-
ctoria ꝯ antoniū ⁊ cleopatrā. et ab istis
duob⁹ primis impatorib⁹ ceteri omnes
dicunt cesares ⁊ augusti. Anno āt 42
istius octauiani xp̄us nat⁹ est ⁊ post na
tiuitatē xp̄i impauit quindecim annis
⁊ mortuus est 57. sui imperii. cū xp̄us
qntūdecimū ageret annū huic successit
tercius impator. s. tiberi⁹ cesar cui⁹
imperii // 15. anno // cū iā saluator esset
30. annorū Johānes baptista habens
eandē etatē cepit p̄dicare: iā enī erat
ꝯgruū etatis virilis tempis. vt xp̄us
mundo manifestaret. ⁊ ut Jo. p̄dicare
incepit: ⁊ hoc dictū est ad declaratio-
nē p̄ncipat⁹ vniuersalis q̄ habet ī eo
q̄ p̄mittit // anno qntodecio imperii ti-
berii // ꝓpriū nomen // cesaris // nomen
dignitatis. Scd̄o danda est ītelligen
cia p̄ncipū multorū qui ḡerant ī gente
iudeorū: ꝓpter qd̄ est sciendū q̄ hero
des magnus fili⁹ antip̄ris ydumei cui⁹
tempore nat⁹ fuit xp̄us toci⁹ regni iu-
deorum monarchiam tenen. hic autē
quia plures vxores habuit: multos ex
eis genuit filios. inter quos sex fuerūt
p̄ncipaliores. s. allexāder ⁊ aristobo-
lus ⁊ antipater ⁊ herodes antipas et ar
chilaus et philippus. Sed quia ipse he
rodes cum cecidit innocentes pueros
multos orbauerat filios. ideo in pro-
priis filiis iuste punitus est: nam tres
ex illis. s. Allexandrum Aristobolū
et antipatrem iussit interfici. Cum aūt
Allexander et Aristobolus redissent
de Athenis a studio litterarum postea
vxoribus tradidit. iam q̄z velud eru-
diti et vxorati desceptabant cum patre
de regno. Quib⁹ omnibus eiectis de-
clarauit pater per testamentum anti-
patrem regni successorē. illi v̄o pro-
perātes romā: eū ad iudiciū impato-
ris citari fecerunt. Sed facta tandem
concordia redierunt ad patrē. antip̄r
autem timens amittere successionem
regni. Rursus concitauit patrem in fi
lios accusans eos q̄ patricidiū ma-
chinarentur. ob hoc igitur pater com-
prehensis filiis cōplices eorum iussit
torqueri et confessis habuit vera esse
q̄ dicebat antipater. Unde et filios ius
sit interfici. s. Allexandrum et Ari-
stobolum. Antipater autem propter
hoc factus est populo graue odium. sz
et ipse pater nimis eum amabat. Unde
herodes antipatris illi substituit ī re-
gnum: nolens q̄ regnum transiret ad
filios antipatris. Procurauit igitur
antipater venenū efficatissimū vt il-
lud p̄r sumeret p̄ ministrū q̄ cū ꝯgno-
uisset p̄r antipatrē coniecit ī vincula.
Inter hec aūt laborat herodes magis
īfirmitatib⁹. Quadā aūt die audiuit
antipater de pallatio regis vlulatum
plangenciū. quasi rex esset mortuus.

exultauit āt valde ⁊ pmisit custodibꝰ
carceris multa donaria. si eū abire p-
mitteret. cuiꝰ exultationē cū pater co-
gnouisset. grauiter accepit ⁊ missis p
spiculatoribꝰ eū i carcere iussit inter-
fici. herodes aūt priore testamēto mu
tato alterū condidit. In quo archilauꝫ
regē instituit successorē. ita tamen vt
diadema regni susciperet rome. illo vō
mortuo herodes antipater q in priori
testamento succedē debebat. antipater
et archilaus romā ꝓperauerūt. accu-
santes causaꝫ regis contra alterutrū.
philippus aūt q fauebat archilao: ⁊ ipe
romaꝫ pfectus est in auxiliū eius. spe-
rans cū hoc cā ꝯtētionis fratruꝫ fungi
regia dignitate. facta ēst ita ꝙ longa
ꝯtractio inter fratres. altero dicente:
vltimū debē valere testamētū. altero
vō allegante ꝙ illud prīaꝫ sensu defi-
ciens istituerat. Tandē aūt hinc ⁊ īde
auditis rōnibus ex tociꝰ senatꝰ cōsilio
diffinitū est. vt regnū iudeorū in qua-
tuor partes diuideret. Quarum due
partes. s. Iudea et Abilinia date sunt
archilao. pmissū ꝙ est sibi regiū nomē
si bene rem ageret. reliquarū aūt dua-
rū parciū vna heredi antipri. s. gali-
lea. Altera vō Philippo. s. Yturea
vtriqꝫ sub noīe tradita ē Tetrarchie.
Tandē archilaꝰ crebro accusatꝰ apud
cesareꝫ. cū nouē annis principatui pre-
fuisset tyrapice Uienā i exiliū missꝰ ē
⁊ vna pars pricipatꝰ sui. s. iudea cepit
pcurationibus gubernari. altera vō
s. abilinia tradita ē lisanie sub nomīe
tetrarchie. Istuꝫ vō lisaiā dicit Be.
magni herodis fuisse filiū. licet Iose-
phus dicat ꝙ fuit nepos eiꝰ. natꝰ ex al-
lexandra sorore vxoris herodis. Hoc
viso apparet sentēcia littere // pcuran
te poncio pilato iudeā // pcurator non
erat pⁱceps ordinariꝰ sꝫ vicarius aut
delegatꝰ. hic est pilatꝰ q iudicauit xpm
ad morteꝫ // Tetrarcha aūt // i. pⁱceps
quarte partis. naꝫ tetrarcha est nomē
grecū ꝯpositū et dicit a tetra qđ ē qua-
tuor ⁊ archos pⁱceps. i. quarte partis
princeps // galilee herode // s. antipa hic
est ille herodes qui vxorē abstulit phi
lippo fratri suo q iussit iohannē bapti-
staꝫ decollari. qui ꝙ illusit domino in
passione veste alba iduto // Philippo
aūt fratre eius // s. herodis antipa // te-
trarche. i. pⁱcipis quarte ptis // ytu-
ree ⁊ tracomitidis regionis // hic ē ille
philippus cuiꝰ vxoreꝫ herodiadē fra-
ter eius abstulerat. herodias autē fuit
aristoboli filia. quaꝫ herodes magnus
cū alio fratre. s. allxeādro iusserat in
terfici. ⁊ lisania q fuit filius vel nepos
magni herodis lisania abiline sic dicte
regionis // tetrarcha // Tercio viden-
dū ē de pontificali sacerdocio. Scien-
dū est aūt ꝙ licet in pⁱcipio vnꝰ solus
fuerit sūmus sacerdos i gente iudeoꝝ
tamen dauid volens ampliare cultum
dei cōstituit vigītiqtuor sacerdotes.
sm vigītiqtuor familias q̄ descende-
rāt ab aaron quoꝝ qlibꝫ ī sua septiana
mīstrabat. veꝝ tamē oībꝰ his sacer-
dotibus perat vnus sūmus sacerdos.
Sꝫ crescente habitatōe q̄ qlibꝫ ceteris
cupiebat pesse. cepit sūmū sacerdociuꝫ
ꝯpari a gentibꝰ. ⁊ plures sūmi sacerdo
tes ex tūc sūt īstituti. ⁊ hoc ē quod dic //
sub pⁱcipibꝰ sacerdotū anna ⁊ caypha
Isti duo erāt affinitate ꝯiūcti. nā anas
erat socer cayphe. Tempore horū sa-
cerdotū fuit dominꝰ crucifixus. 4°
ponit ꝓphetale officiū // Factū est vbū
domini // Istud vbuꝫ fuit vt dicit glo.
vade ⁊ pdica baptismū // super Iohanē
// qui īterptatur in quo gracia. et vere

ipse est in quo gra quoniā īposuit finez legi et anūciauit grām saluatoris // zacharie filiū // ꝯmēdat ab origine quatenus sibi ꝯueniat illud Thob. 7. Benedictio sit tibi fili mi quia boni et optimi viri es fili⁹ // in deserto // Sic verbuz dei factuz est quōdaz super moysen // in deserto // vt habet Exo. 3. ita sup Jo. Unde Osee. 13. Ego inqt te cognoui ī deserto ī terra solitudinis. Circa istaz primaz partē euangelii quīqꝫ querunt Primo quare describūt tempa p̄dicationis Jo. Et dicendū ꝙ p̄dicatio eius fuit noue legis iniciū ⁊ tanqꝫ de re magna ꝯueniens erat scire tempora eius vel vt alii dicūt tūc incepit sexta etas. ⁊ iō debuit principiū ei⁹ cognosci. vel qa mos fuit ꝓphetaruz sue ꝓphecie describē tempora. ⁊ hic fuit plus qꝫ ꝓpheta. iō sue p̄dicationis tēpora designāt Secūdo querit quare illa describūtur tempora per pricipez genciū ⁊ gentiliū cū ille nō fuerit mos ꝓphetarū. ⁊ dicendū ꝙ hoc iō est. quia ipse erat vniuersalis et legis euangelice p̄co iudeis et gentib⁹. alii v̄o ꝓphete non mittebant ad gentes. Sz Jo. dictū est illud Ysa. 49. Parū est vt sis mihi seruus ad suscitandas trib⁹ iacob ⁊ feces isrl' conuertendas ⁊ subiūgit. Dedi te in lucez gēciū vt sis sal⁹ mea vsqꝫ ad extremū terre. Tercio querit q̄re ī toto orbe vnus tantū p̄erat. iudeis v̄o quatuor pricipes dominabāt. et dicit ꝑm Gre. ꝙ hoc ideo est quia tot⁹ mūd⁹ ad veritatez fidei ventur⁹ erat. iudea v̄o pro culpa perfidie dispergenda erat. omne enī regnū ī scipsū diuisū desolabit. vel dicit ꝙ hoc erat ꝓpter pctā iudeorum. multitudo enī pricipū arguit īiqtatez ⁊ maliciaz hominuz. vnde hodie ꝓpter pctā nr̄a q̄si quot sūt ciuitates tot sunt tiranni ⁊ pricipes. ⁊ ideo bene dictū est Prouer. 18. Propter peccata terre multi principes ei⁹. Quarto querit quare pricipat⁹ gentiliū p̄ponit pricipatui iudeorū. ⁊ hoc dicit ꝙ ideo est qa gentilitas erat iudee p̄ponēda. tūc. n. adipletū est illud ꝯminatoriū iudeis. Constituet te domin⁹ in caudaz ⁊ nō in caput Deute. 28. c. vel iō quia pricipat⁹ imperii nobilior erat pricipatu iudeorum. Quīto querit quare descriptio sacerdocii vltimo ponit. ⁊ dicendū ꝙ q̄nto sacerdotes peiores sūt tanto amplius ꝯtempnūt a deo qꝫ ceteri homines. ⁊ iō vltimo ponunt. vel qa symoniace sacerdociū vsurpabant. vel vt ostēderet ꝙ finitū erat legale sacerdociū. iō vltimo ponit. Unde Dani. 9. Deficiat hostia ⁊ sacrificiū ⁊ in templo erit abhominatio. hec est abhominatio symonie.

Secunda pars

Ecūdo cum dicitur Et uenit in omnez // tangitur noue legis anunciatio. et quinqꝫ facit. Primo nāqꝫ ponit predicationis Jo. locum et materiam dicens // Et venit ī omnem regionez iordanis // hec regio super iordanez siluestris est ⁊ saltuosa atqꝫ leonibus plena // predicans baptismuz penitencie. i. predicaione sua inducens homines ad talem baptismū. Nota quia baptismus Jo. erat penitencie quia inducebat hoīes ad penitenciā. sicut tps quadragesimale dicitur penitēcie tempus. vel quia ad penitendum est institutum. vel quia inducit ad penitenciā aut quia penitenciam figurat. non enī baptism⁹ ille pctā remittebat ex v̄tute sua nisi pnīe v̄t⁹ adeēt. ex q° distiguit

a baptismo ecclesie in quo sacramenti vtute fit remissio pctõꝝ. Nõ eciã ꝙ cũ baptismus Jo. disponeret hoĩes ad suscipiẽdũ xp̃m. nõ baptizabãt eo nisi iudei qbus pricipaliter mittebat xp̃us mulieres eciã nõ suscipiebãt baptismũ qa ip̄e istruende erãt a viris. nec eciã ĩfantes ꝛ vsu rõnis carentes baptizabant. qa nõ ĩtelligebant misteriũ cuiꝰ ꝯgnoueratncia. baptismꝰ vo xp̄i oĩbꝰ dat gentibꝰ volentibꝰ credẽ oĩ sexui ꝛ oĩ etati ĩ remissionez pctõꝝ. hoc quod dicit ĩ remissionẽ peccatoꝝ non est referendũ ad baptismũ Jo. sz ad pnĩam q̃ baptismo anertebat. sola enĩ ip̄sa pctã remittebat. Scd̃o ꝯfirmat p̄dicatio Jo. ꝓphete testimonio // Sicut scriptũ est ĩ libꝰ ſmonũ Ysa. ꝓphete. 40. c. qĩ dicat. Jta p̄dicabat Jo. // sicut scriptũ est // vox clamantis ĩ deserto Ysa. 58. c. Clama ne cesses q̃si tuba exalta uocẽ tuaz. Nõ ꝙ illa vox fuit clara. suauis ꝛ terribilis. clara quidẽ fuit ꝛ non rauca q̃lis est vox hereticoꝝ. quoniaz clare anũciauit p̄senciam xp̄i. suauis fuit anũcians xp̃m cũctis amabilem. Unde Cant. 2. c. Sonet vox tua in auribus meis uox enĩ tua dulcis. terribilis fuit illa vox ĩ rep̄hendendo ꝛ futuꝝ denũciando iudiciũ cũ dicebat. Genimĩa vip perarũ qs ostendit vobis fugẽ a ventura ira. ꝛ iteꝝ iã securis posita est ad radicez arboris. ꝛ ideo dicit p̄s. de ista voce. Uox domĩ in vtute uox domini in magnificencia. vox domĩ ꝯfringentis cedros. Sz quis est hodie p̄dicator qui audeat vel paruaz reprehensionez inferre populo. effeminati facti sumꝰ voce gracili. canes muti non valentes latrare. Omnes enĩ magis eligimus blandiciis occultare mẽdaciũ q̃z voce virili apire pctã. Tercio ponit Jo. p̄dicatio // parate viã domini // glo. sup̄ Marcũ. Uia inquit domĩ penitẽcia est per quaz deus ad nos descendit et nos ad illum ascendimus. via est de qua Math. 11. per aliaz viaz reuersi sũt in regionez suaz. Et nota ꝙ licet illa via arta sit. deducit tamẽ ad celestez p̄riaz Jgit parate viaz domini nihil aliud ẽ q̃z parate vos ad pnĩaz. vnde. 1. Reg. c. 7. Preparate corda vr̃a domino et ſuite illi soli. Et Lu. 3. Facite fructꝰ dignos pnĩe Nota ꝛ quõ ncĩa est pnĩa expectantibus xp̄i natiuitatez. Et ideo se debet qlibz p̄parare ad tante celebritatis reuerẽciaz // Rectas facite semitas // semita vt dicit Jsido. ẽ breue iter vnde semita q̃si semis iter. et noĩe semite p̄cepta legis euangelice possumꝰ intelligere. quoniaz per eaz velud per semitas cito deuenimꝰ ad p̄riaz. rectas igit debes facẽ semitas dei. i. nosip̄sos rectificare in ip̄sis. vt non relictas eas vadamꝰ per lataz viã mũdi q̃ ducit ad mortez ꝛ p colles deuios. Unde Judi. 5. c. Qui ĩgrediebant semitas ambulauerũt per colles deuios. ꝛ ideo cum p̄s. orandũ est. Dirige me in semitam mandatoꝝ tuoꝝ. Quarto ponit futuꝛe grẽ denũciatio // Oĩs vallis ĩplebit ꝛ oĩs mons ꝛ collis hũiliabit // Hoc aũt duobus modis exponit. Primo qdez mistice. nomine enĩ vallis gentilitas ꝛ infirmitas mũdi põt intelligi. nomĩe autẽ montis iudei possunt intelligi. qa velud montes elati erant sup̄bia. originis ritu. separatiõis et scripture intelligencia; nomine vo collis philosophi seculares intelligunt gracia sciencie iuestigationis rei erigunt se super alios. Sed facta est mutatio dexte excelsi. Omnis enim vallis. i. gencium pp̄lus ꝛ abiecta mũdi ĩpleta ẽ ꝯgnitiõe

piscatores oēs et despecti tantam habuerunt diuinitatis cognitionem . q nūq iudei aut philosophi ad illā valuerūt ptingere. Unde apostolus. 1. Corithi. c 11. Loqmur iquit dei sapiaz i misterio q̄ abscōdita est quā nemo pncipū hui9 scli cognouit. sz hūiliati sūt mōtes z colles. quoniaz cōfusi sūt iudei. qa illū crucifixerūt et abiecerūt a se. quē sperpectabant: nō eni eū cognouerunt. Unde Ysa. 6. Exceca cor ppl'i h9 vt vidētes nō videant. cōfusi sūt z sapientes i sua pscrutatiōe. dū vgo gnāt qd illi negāt dū vbū caro factū ē. dū mortui resurgunt zc̄. fiunt que reputāt ipossibilia: Unde. 1. Corinth. c. 1. Stultam facit deus sapienciā h9 seculi. Secūdo noīe vallis hūiles possūt itelligi ppter i firmitatē. fertilitatez z humiditatē. vera namq hūilitas se oīb9 subiecit. oēs vtutes ex ea velud radice habent originē vnde fructificent humectāt ymbre salutaris grā. Isti aūt hūiles p aduentū xpi impleti sūt donis spirit9 sci. Unde Ysa. 42. c. Dedi spiritū super quē regescit spūs meus nisi sup hūilez z mansuetū. et hūilez vginez salutans angel9. Aue inqt grā plena. et Actu. 2. c. Repleti sūt omnes spū scō. mōtes z colles sūt tiranni z pncipes mūdi qui hūiliati sūt sub iugo xpi. Deinde ponit alia vtilitas aduent9 xpi // Et erūt praua // s. cōda iudeox z gētiliū. corda. n. iudeorū depravata erāt auaricia z concupiscēcia. corda vo gētiliū qa relicto creatore ipendebant creature diuinitatis honorē. sed i aduētu xpi hec corda facta sūt // in directa // i. i corda directa mutata sūt. quoniaz quidā iudeox audierūt cōsiliū Ysa. 46. c. Redite preuaricatores ad cor. qa ad pdicationez applorū cōuersi sūt. vt habet Actu. 6. c. Corda eciaz iudeorū gētiliū directa sūt. qa relictis ydolis xpo adheserūt z hodie q̄si p totū mūdū cessauit ydolatrie cultus. Unde Ysa. 19. Mouebunt simulacra egipti. i. genciū a facie domini. z cor egipti tabescet // Et aspa in vias planas // aspa vocant pcepta legis antique. Lex. n. illa habebat aspitatez timoris z ptaminatiōis. sz illa aspitas mutata est i planiciem caritatis. quia amore quo nihil leui9 seruim9 domino Math. 11. c. Jugū meū suaue ē z onus meū leue. Quinto ponit manifestatio aduēt9 xpi // Et videbit // eciaz corpali oculo // oīs caro // i. scdm glo. iudeus z gentilis. vir et mulier. senex z puer // salutare dei // i. xpm de quo ps. Notuz fecit domin9 salutare suū. Nō q istud dei salutare in presenti vita non vidit oīs hō: sed veniet dies illa nouissima in qua oēs eū videbim9 q fuim9 ab adā vsq ad nouissimū hoiez. vt dicit glo. i hac vita oīs hō xpm uidere nō potuit sz i die iudicii i sede maiestatis z electi z repbi pit er videbūt. et iusti remunerēt z mali i eternū gemāt. Rogem9 zc̄

Dominica quarta aduent9. prima ps.

nno qntodecio imperii tiberii

cesaris procurāte poncio pilato iudeam zc̄. Luc. 3. c. Non habet dies presentis officii aliud euāgelium ab eo q hesterna die recitatū est: sed illud idez eciam hodie resumitur. et hoc forte iō sic ordinatuz est quia heri in officio cū ordinatione ecclesie istituerent ministri altaris ab episcopo illud euāgeliū lectum est. hodie vo in sacris ordinati sui ministerii officiū exequūt z quoniā

vita z doctrina euãgelica qua ordinati sũt bene viuẽdo ministrare debent. iõ euãgeliũ qđ ĩ eorũ ordinatione lectũ ẽ. eciã hodie cũ primo ministrare ĩcipiũt ad eorũ ĩstructionẽ repetit. Alia sõte causa ẽ qa officiũ ordinationũ lз fiat in sabbato ad diẽ tamẽ dominicũ ordinat z iõ tarde vt circa vespm finiat. debet ĩchoari. vnde ex hoc eciã hodie hester nũ repetit euãgeliũ. Tercia aũt causa quia non potuit episcop⁹ loqui heri ad populũ de euãgelio ꝓpter occupatiõeз sacre ordinationis. ideo ĩ hodiernum diem transtulit eandeз euangelicã lectionẽ. In expositione auteз hui⁹ euangelii nihil proposuimus dicere nisi ꝙ die precedenti diuina nobis gracia reuelauit z ideo studiosam lectionem ad superiora transmittimus.

In vigilia natiuitatis christi.

Vз esset despõsata mater ihe

su maria ioseph anteꝙ̃ cõuenirent inuenta ẽ ĩ vtero habẽs de spiritu sancto Math. i. c. scđm ꝙ dicit Petr⁹ rauanensis. Quant⁹ sit deus ille ignorat. q̃ virginis menteз nõ stupet aĩum. nõ miratur. pauet celũ. tremũt angeli. creatura non sustinet. nã nõ sufficit. et vna puella sic deũ in sui pectoris capit. recipit oblectat hospitio. vt pacem conferat terris. celis gloriaз. salutẽ perditis. vitam mortuis. terrenis ẽ celestibus parentela ipsi⁹ dei cuз carne cõmerciũ. Dum igitur in tanta rei profunditate ĩcarnationis xpi attendo. qa virgo audiens perturbat. anuncians angelus admirat. obstupescit celum. natura non sustinet et ipse Ioseph iustus. virginis consorciuз refugit. cognoscens magnuз quid esse ĩ virgine dũ talia mente reuoluo in pscrutatiõe tanti misterii. volo occulte dimittere virginẽ. Sз ecce vestra eflagitat caritas. vrget deuotio z exposcit pñtis diei celebritas vt solenne euangeliũ lз ĩmerito attemptem⁹ exponere. Estimate igit frẽs vt dicit petr⁹ rauenen. qua reuerencia. quo tremore nos tãto ĩteresse deceat z pueniat sacramento. Leuem⁹ ergo corda nr̃a cũ manib⁹ ad v̄ginẽ p quaз velud mediatricẽ nobis celestis gracia infundat et illi dicamus Aue maria gracia plena dominus zc.

Prima pars

Vm esset despõsata mater ihe

su maria Ioseph ‖ Approbata fuit cõsuetudo antiquoruз: que eciaз lege canonis ꝯfirmat vt nõ stati facta despõsatione fiat ꝯuentio cõiuguз. sed presigitur a lege terminus duorũ mensiũ. Primo qđẽ vt dicit Aug⁹ libro. 9. de bono ꝯiugio. Ne vile habeat maritus sponsã datã quã nõ suspirauit dilatã. Secũdo vt ĩ hoc tpe medio pparent. q̃ sũt ncĩa solennitati nupciaruз. Tercio vt ĩ tale tps vterqз ꝯiugũ deliberet si vult meliora vota amplecti. q̃le ẽ religionis ĩgressus quo aĩa ďspõsat deo. põt. n. uterqз ꝯiugũ facẽ anteꝙ̃ ꝯueniãt eciã altero nõ reqsito. qđ p⁹ ꝯuentionẽ nullaten⁹ fieri lз. Iuxta igit talẽ ꝯsuetudinẽ ‖ Cũ esset v̄go desponsata Ioseph ‖ ante ꝯuẽtiõis tps: deus pater eã elegit ĩ sponsã. z scĩ spirit⁹ v̄tute uirginẽ grauidauit. quod cernẽs Ioseph voluit relinqnere virginem. Sed angelica visione edoct⁹ destitit a proposito. et hec est sũma presentis euãgelii

in quo tria tāgunt. Primū est v̄ginis desp̄osate cōceptus deitatis. Secūdū est mentis perturbatione affect⁹ dubietatis. ibi // Joseph aūt vir ei⁹ //. Terciū ē visionis angelice aspect⁹ benignitatis. ibi // Hec autem eo cogitante // ꝓpter primū ē sciendū ꝙ vt narrat beatus lucas // Cū virgo esset desp̄osata Joseph anunciante angelo cōcepit diuinitus. et quia angelus ei dixerat Elizabeth esse pregnantem. ideo ad illam accessit ꝛ mansit cū ea quasi mensibus trib⁹. ministrās seniori femine pregnanti. Cū v̄o redisset nazareth vidit eā Joseph esse p̄gnantē quoniā iā effluxerāt tres menses effectus eius. ꝛ tūc sic ꝯtinuando sequit̄ illud quod habet̄ in p̄senti euangelio. Circa primuʒ duo tangunt̄. Primū est honesta desponsatio // Cū esset desponsata // non tamen in ꝯcupīa iūcta mr̄ ei⁹. mr̄ īmaculata. mater īcorrupta. mr̄ ītacta. mater ei⁹ mr̄ dei vnigēiti ꝛ regis oīuʒ ꝛ plasmatoris et creatoris cūctorū. Nota quia duo magna facta sūt. Vnuʒ qa v̄go mr̄ ē. Alterū qa suū genuit factorē. Vnde Origenes illa ꝯsiderās exclamauit dicens. O magne admiratōis grā. o mirabilis suauitas. o ineffabile magnūq3 sacramētū. ipsa eadē v̄go: ipsa ꝛ mr̄ domini. ipsa ꝛ genitrix. ipsa eius ancilla. plasmatio ei⁹ quem genuit. quis vnq3 illa audiuit. quis vidit talia ꝛ quis hec excogitare potuit. vt mr̄ v̄go eēt: intacta generaret q̄ eciaʒ v̄go p̄mansit ꝛ genuit Et cui fuerit desp̄osata subiungit // Joseph // Nota b̄m Criso. qa Joseph erat faber lignari⁹. ex quo appar3 ꝙ dom⁹ dauid iaʒ q̄si ex toto defecerat vnde tūc xp̄us ꝯcipiendus erat vt domus dauid repareť xp̄o ex v̄gine nato de domo dauid. Querit hic Orige.

que fuit ncītas vt desp̄osata esset maria Joseph. cuius qōnis difficultatem Ambrosi⁹ apit dicens. Latent diuina misteria nec facile iuxta ꝓpheticū dictuʒ quisq3 hominū pōt scire consilium dei. ꝛ ideo misteriū desp̄osationis virginis pro certo scire nō possum⁹. adducunt tamen scī plures causas q̄rū tres Origenes adducit. Primo namq3 iō desponsata fuit quaten⁹ hoc sacramētū celaret̄ diabolo. Scdo vt ille malign⁹ ꝑp̄s fraudis cōmēta aduersus desp̄osatam virginem nulla penitus inueniret. Tercio vt nato īfāti vel ipsi virgini Joseph sp̄osus videret̄ curā gerere. Ambrosi⁹ v̄o sup Luc. sex alias causas adducit. Primo enī desp̄osata fuit ne diceret̄ ꝙ ꝯceperit ex adulterio maluit. n. domin⁹ aliquos de suo ortu q̄ȝ de mr̄is pudore dubitare. Scdo ne relinq̄ret̄ v̄ginib⁹ sinistra opīo ꝛ uiuētibus velamen excusationis sup infamatiōe mr̄is domini. possent. n. excusare se. ꝛ quid mr̄ domini falso crimine infamata est. Tercio ne excusarent se iudei ꝙ natū ex adulterio ꝑseq̄rentur. Quarto ne videret̄ iniuriari legi ipsā soluens. in qua part⁹ īnupte damnat̄. Quīto ad testimoniū pudoris v̄ginis dat̄ ei marit⁹. qui si nō cognouisset sacramētuʒ. zelotipie sp̄ū vindicasset iniuriaʒ. Sexto vt remoueret̄ a v̄gine mendacii suspitio. si enī nō nupta fuisset interrogata. quomodo esset pregnans. respondisset. qa de sp̄ū scō. ꝛ videret̄ hominib⁹ ꝙ culpā voluisset obumbrare mēdacio. Scdo ponit̄ sancte fecunditatis manifestatio // anteq3 conuenirent // .s. sponsus ꝛ sponsa. In quo attende v̄ginis castitate3 qa ante eorū ꝯuentionē // inuēta est habens ī utero // et qd ex mr̄e v̄gine xp̄us nasci debuerit

quatuoꝛ cāsbtūſ Aug. aſſignat. Pꝛi
ma ꝗa fas nō erat· vt vtꝰ ꝑ voluptatē
caſtitas ꝑ luxuriā· ꝑ corruptōnē incor
ruptio naſceret. Scđa ꝗa non poterat
niſi nouo ordine aduenire de celo· qui
vetuſtū moꝛtis deſtruē voniebat ipe
riū. Tercia ꝗa regnū debuit tenē vgi
nitas que regē genuit caſtitatis. Quar
ta iō dominꝰ vginē ſibi regſiuit hoſpi
ciū· vt nobis oſtēderet caſtā mentē eiꝰ
eē bitaculū. Nō ꝙ Hiliudiꝰ ex illo v
bo ſūpſit pꝛīcipiū plaſphemādi matrez
domini. Dicit. n. ꝙ lꝫ ꝯcepit xpꝫ nō ex
viri ſemīe· tamē poſtea ſil' cōuenerūt
ipa ⁊ ioſeph. neqꝫ· n· vt dic̄ daliquādo
nō ꝯuentnriſ pōt intelligi anteqꝫ ꝯueni
rēt. ſed ꝯ tale ipietatis ꝯmentū beatus
Hiero. pꝛudētiſſime cōſcribit oſtēdēs
mrēm domini cū Joſeph ꝑpetua vgini
tate vixiſſe. Et vbi dicit̄ anteqꝫ cōue
nirēt· debet intelligi anteqꝫ cōuenirent
in cōem bitationē ⁊ viuēdi cōſoꝛtiuz.
Uel vt dicit Remigiꝰ. anteqꝫ tempus
adeſſꝫ quo rite fierēt ſolēnia nuptiarū
inuēta eſt. Hiero. Nō ab alio inqt iuē
ta ē niſi a Joſeph q maritali licēcia oīa
nouerat // in vtero habēs de ſpū ſcō // an
teqꝫ ſcripſit inqt lapideas tabulas ſine
ſtilo ferreo ipſe grauidauit Mariā ſpi
ritu ſcō. Et nō ꝙ cōceptū vginis tota
ſiml' trinitas eſt oꝑata· ſegregauit eni
vtus trinitatis puriſſimū vgiſ ſangui
nē· coagulauit carnē· figurauit mēbꝛa
infudit aīam· ⁊ ꝑfectū hoīez vniuit v
bo. nō ꝙ ante fueit hō· ⁊ poſtea verbo
vnitus. vt dixit Neſtoꝛiꝰ· ſed ſimul
fcā eſt cōceptio. ⁊ vnio vt dicunt Da
maſcenꝰ ⁊ Boetiꝰ. illa tamē ꝯceptōe at
tribuit̄ ſpūi ſcō. primo quidē ꝗa amoꝛ ē
pꝛīcipiū oīs noue generatiōis. genera
tio aūt xpi nullo amoꝛe creato facta ē·
ſed efficacia ⁊ impetu dīni amoris ſuꝑ

ueniētis in vginē. ſpūs autē ſcūs amor
diuinꝰ eſt. Secūdo ꝗa cōceptio nālis ⁊
mēbꝛoꝝ oꝛganizatō eſt a vtute foꝛma
tiua ſpūs exiſtētis in ſemīe. ꝗa vo xpi
cōceptio ſuꝑernālis ē. iō ſupernāliſ ſpi
ritus fuit artifex. Tercio iō ſpūi ſcō at
tribuit̄ ꝗa xpūs ſua cōceptiōe oēm cre
aturā ſanctificat. Querit̄ quō vbuz et
vnde vginis vteꝝ introierit talia per
ſcrutari ualde foꝛmido. teſte mihi ꝯſci
entia ꝗa intueoꝛ ex parte vna vbū ca
ro factū ē. qđ ē altiſſimū. Ex altera vo
vginis cōceptū ſanctiſſimuz inter hec
duo poſitus· nec valeo· nec ſufficio. ſꝫ
tamē ad remouendū ſimpliciū ignorā
tia. Attēde qđ dico nō enī ē credēdū ꝙ
vbū ſumēs carnē ex vgine ingreſſum
fuēat vteꝝ eiꝰ cū pꝛimū eēt foꝛis ⁊ mu
tauit locū vt eēt vbi pꝛiꝰ nō erat. Sꝫ
etiā ante carnis aſſūptionē erat ī vgīe
quēadmodū ē in oī creatura per ꝑſenti
aꝫ potētiā ⁊ eēntiā· exiſtēs igit̄ vt pꝛiꝰ
erat· carnē aſſumpſit abſqꝫ ſui mutatō
ne. ſicut ego exiſtens in cella induo cap
pā· nec ꝓpter hoc nouiter cellaꝫ. igreſ
ſus ſuꝫ· ſed ſū in ea qual'r pꝛiꝰ nō eram
ſic dīnū vbū ⁊ pꝛius erat in vgīe· ſꝫ in
cōceptu fuit ibi qual'r pꝛiꝰ nō erat. Se
cūdo cum q̄ris quō vbuz erat in vgine
reſpōdeo nō intelligas ſic ipſuz eē in ea
qđ nō eēt apud pr̄em in celo ⁊ in oī crea
tura· nec ꝙ pars eiꝰ in vgīe pars apud
pr̄em. ſed totꝰ erat in vgīe totuſ apud
pr̄em· vnde Origenes. Nō inqt pars
vnigeniti venit in coꝛꝑe· nec ipſe ſe di
uiſit vt dimidius apud pr̄em ⁊ dimidiꝰ
eēt in vgine. ſed totꝰ apud pr̄em· ⁊ to
tus in vgīe· totꝰ in ſinu pr̄is· totꝰ ī hu
mano coꝛpoꝛe· nō reliquēs ſuperioꝛa.
venit q̄rere terrena· que in celis ſūt cō
ſeruās· ⁊ que in terra ſūt ſaluās vbiqꝫ
oīpotēs inſciſus indiuiſus hic ſanctus

vnigenitus deus. Sz dicēs quomodo hoc eē potuit. Attēde exemplū· quēad modū enī vna vox tota ad aures puenit diuersoꝝ. ⁊ quēadmoduz ille color visionē sui facit in diuersis oculis· ⁊ sicut eadē anima tota est in diuersis ptibus corporis ⁊ rursus. quēadmodū me nūc existēte Mediolani de⁹ sua ōnipotentia posset facere. vt similiter totus essem Padue. ita diuinū vbum similiter totū erat in celo ⁊ in vtero vginis. nulla tamē similitudinuz ꝓpositaꝝ declarat sufficienter qđ qrim⁹. sed prime due magis deficiūt ad declarādā huius modi misterii excellentiā· nullū enī in creatura sufficiēs vestigiū repit.

Secūda pars.

Ecundo cū dicitur Joseph autem

tem // tangit pturbate mentis affectus dubietatis. quoniā vidēs Joseph vginem pgnantē mente turbatus est: ⁊ uoluit illā dimittere· vnde dicit // Joseph autē vir eius // hic sexus accipit ꝑ marito· sicut in vulgari sermone mulier accipit ꝑ vxore // cū eēt iust⁹ // vere iustus eē debebat· qui erat sponsus virginis // ⁊ nollz eaz traducere // ·i· ꝺm glo. nollet eaz palā facere· ne lapidaret q̄si adultera. vnde in greco habet. ⁊ nollz eā ꝓpallare vl traducē. i. a domo Marie ad suā habitationez ducere. Et hoc duplex significatū huius vbi traduco. tangit Alexāder nequā dicēs. Ad tua cū ducis spōsā traducis eandez quo ad ꝺm· ⁊ addit quo ad primū. Vl qđ diffamat hoc ⁊ traducere signat // voluit occulte dimittere eā // Nō q quatuor sūt cause quare voluit eam dimittē. Prima ꝺm Aug. ⁊ Ambro. est. qa videns Joseph vginē pgnantē quā de tēplo acceperat nec cognouerat suspicatus est crimen· ⁊ noluit eā tanq benign⁹ accusar ne lapidaret nec volebat eā traducere ne eēt ptīceps in crimīe. viā igit medīam elegit ut illam dimitteret. Ex quo hēt documentū ut dicit Ambro· qđ facē debeat iustus homo cū obꝓbriū uxoris depꝓēderit ut hōīcidii crimen fugiendo euitet qđ si castus iungeret adultē· possz incurrere. Scđam cām assignat Hiero. ⁊ Criso. Nō enī uidet credibile q Joseph suspicat⁹ fuerit crimē in vgine. cū iō uoluerit domin⁹ vginē eē desponsataz· ut omnis mali suspitio tolleret. sciebat enī Joseph vginis sanctitatē nec poterat de illa aliud suspicare sinistꝝ· tamē uidens ea pregnatem credebat qđ diuinū eē factuz in ea. ⁊ iō ut dicit Origenes. magnū i ipsa credēs sacrm eē approximare illi se reputabat indignū. Terciā cāz reddūt Origenes ⁊ Hylarius. qa uidebat Joseph vginis faciē totā rutilantem cū eēt sancto spiritu grauida· ⁊ ideo metuebat se illi coniungere· sicut filii israhel non poterant intendere in faciem Moysi splendidaz ex cōsortio sermonis di· ut habet Exodi. 3°. ca°. Quarta causa forte fuit. qa verecundebatur Joseph sponsā ducē pregnantē· hoc enim ualde obprobriosum est etc̄.

Tercia pars.

Ercio cum dicitur Hec autez

eo cogitāte // tangit uisiōis angelice aspectus benignitatis. qa talia cogitante ut vginē relinqueret· nuncius celestis appuit. Et in illa euāgelii pte quatuor tāgunt. Primū ē angelica uisio // hec autē eo cogitante // .s. relinq̄re vginez in quo habet maturitas ⁊ prudētia. qa

cogitabat intente qd sibi essz agendum
ecce angelus domini // ille est angel⁹ do
mini q primo ṽginē de incarnatiōis mi
sterio edocuerat: qui bene angelus do
mini dicit: qa a domino missus. ꝛ quia
domini oīm misteria ptractabat // appa
ruit in somnis ei // forte post multuz co
gitatū ꝛ mentis anxietatē oppssus ē sō
no: ꝛ sic visio illi āgelica appuit. Nō qꝛ
apparuit ei dormiēti: ne si in vigilia ap
pareret putaret esse vir: qui astuta de
ceptiōe excusare ṽginē niteret. Trib⁹
aūt de causis apparuit illi angelus. vt
dicit Criso. // Primo quidē ne iust⁹ bō
rez iniustā faceret quā ꝓposuerat. Se
cūdo ꝓpter honorē virginis. que si di
missa fuissz apud īfideles turpi suspitō
ne nō caruisset. Tercio vt intelligens
Joseph scām ꝯceptionē ab illa se diligē
tius custodiret. Secūdo ponit cōsola
toria allocutio // Joseph // familiariter
enim eū vocat ex noie. ꝛ genus origīs
exprimit dicēs // fili dauid // eū eē dauid
filiuz ad memoriam reducit. vt recor
detur patris sui cui d xpo repromissio
facta est. ꝛ nunc in cōiuge sua eiusdē ge
neris erat impleta // noli timere // appet
qꝛ timebat Joseph se ꝯiungere ṽgini.
Nota qꝛ ꝓprium est bonoꝝ spirituū ti
morem mentis expellere. econtra mali
spiritus semꝑ mentē terrore afficiunt.
Et attende qꝛ angelus ille volens ṽgi
nem de incarnationis xpi misterio edo
cere. prius ab illa timorē expellit q im
pedit cognitionem dicens. Ne timeas
Maria ꝛc. sic ꝛ nunc a sponso virginis
primo timorē abicit. quatin⁹ intelligat
diuina secreta // accipe Mariā cōiugez
tuaz // Raban⁹. Noli inqt timere acci
pere Mariā ꝯiugem tuam nuptiali cō
uentu ꝛ assidua cohabitatiōe. nō qdez
accipere ad carnis debitum. Nota ꝓm
Aug. qꝛ ex hoc exemplo magnifice insi
nuat fidelibus cōiugatis posse ꝑmanere
absqꝫ actu carnis pari consensu seruata
cōtinentia. pōt etiā cōiugiū vocari nō
ꝑmixto corporis sexu: sz custodito mē
tis affectu. Tercio explicat xpi ꝯceptio
qd eni in ea natū est // duplex est natitas
.s. in vtero ꝛ ex vtero. natiuitas ī ute
ro idez ē qꝛ ipsa ꝯceptio. vnde ꝓm glo.
natū accipit ꝓ cōceptū // de spiritu sācto
est // nō virtute nature. nec opatiōe ho
minis. Querūt hic curiosi scrutatores
quomodo sancti spiritus ṽtute facta fu
erit cōceptio xpi isti tales ꝑsumptuose
volūt ponere in celum os suum. ꝛ non
timent. quoniā ꝑscrutator maiestatis
opprimet a gloria. sufficit nobis qꝛ sup
dixit euangelista. ꝛ nunc dicit angelus
qa de spiritu sancto est. vnde dicit Cri
sosto. Cōfundant varii inqsitores quo
modo natus est xp̄us de spiritu sancto.
cum nesciant ꝓpriam explicare natiui
tatem. neqꝫ eni angelus Gabriel. neqꝫ
Mathe⁹ apl⁹ dicē potuerunt nisi qꝛ de
spū sancto nat⁹ est. ꝛ tu vis linguā tuā
sup Matheū ꝛ Gabrielē erigere. ut ta
men iuxta nostraz possibilitatē satisfa
ciamus īportunitati qrentiū. dicamus
qꝛ spūs scūs in ṽginē supueniens segre
gauit purissimū eius sanguinē. ꝛ ex illo
formauit corpus xpi sanctissimū. illud
eni fecit sancti spūs in ṽgine vt⁹. qd fa
cere cōsueuit ṽtus seminaria ꝛ multo
nobiliori modo. quoniā subito ꝛ absqꝫ
macula diuina opatio verꝫ pfecit hoīem
Sed hoc exemplū tante puritati ꝛ sanc
titati minus videt cōueniens. licet ve
rum sit. ideo dico qꝛ sicut primus hō di
uina ṽtute absqꝫ opere nature ex puris
sima terra conditus est. ita sancti spiri
tus virtute ex sanguine virginis xp̄s
format⁹ est. ꝛ sicut Eua ex carne hoīs

ita xp̄s ex carne v̄ginis sola diua v̄tute ⁊ sicut virtute celi flos ex v̄gula ꝓducitur. Sed vlteri⁹ queritur. si xp̄us sancti spiritus virtute cōcept⁹ est. cur nō dicitur filius sancti spiritus. sicut dicitur filius virginis. Hanc q̄ōnē soluit Ambrosius in sermone de sp̄u sancto. dicēs xp̄m ꝫm carnē esse filiū v̄ginis. ⁊ esse ex sp̄u sancto. filius aūt est virgis quoniam substātiā carnis assumpsit ex carne virginis. nō tamē est filius spiritus sancti. quoniā substātia carnis xp̄i non ꝑtinet ad substātiam sp̄us sancti. vnde aliud ē xp̄m esse ex v̄gine. ⁊ aliud ipsū esse ex spiritu sancto. ex virgine enim est q2 ex substātia eius. ⁊ ideo ipsi⁹ filius. ex spiritu sancto autē. q2 ex virtute eius. ⁊ ideo nō est ipsius filius. sicut fabricatū ab artifice nō est artificis filius. Quarto ānunciat xp̄i natiuitatē. pariet autem filiū / non dicit pariet tibi filium. q2 nō fuit xp̄us filius Ioseph // ⁊ vocabis nomē eius Ihesū // hoc nomē xp̄i ab eterno fuit ordinatū. a p̄triarchis desideratū. a ꝓphetis p̄dicatum. ab angelo nuntiatū virgini. Ioseph cōmendatū. xp̄o impositū. a fidelibus v̄n̄eatū. Et quare filius nasciturus tali nomine sit vocādus: rōnē adducit. nam Ihesus interp̄tat salvator vl' salutare res autē cōuenit nomini // ip̄e enī saluū faciet populū suum // populus xp̄i sunt credentes in illū. ⁊ p̄destinati in vitā eternā. de quibus p̄s. Beata gēs cuius ē domin⁹ de⁹ ei⁹ p̄p̄ls quē elegit ī hereditatem sibi. populus enī alicuius p̄ricipis est qui seruat leges eius. prīceps autē defendit eos qui in regno eius sūt. vel ordinat ad illud. Deinde ostendit a quibus saluet populū suū. q2 // a peccatis eoꝝ // fatui sunt iudei. quoniā expectant xp̄m: vt solū saluet eos ab hostib⁹ visibilib⁹ ⁊ exterioribus. sed xp̄us est saluator qui ab omni hoste liberat. sed p̄cipaliter a peccatis. Nota q2 saluat xp̄us a peccatis merito sue passionis velut sacrificiū ꝓ peccato. Secundo saluat ꝑ fidē in se credentiū. sicut fideles amicos saluamus. Tercio ꝑ sacramenta eccl'ie. sicut qui sunt in bello aliqua signa suscipiūt cū debent pugnare: quib⁹ visis saluantur a p̄ncipibus. Et attēde. quia nō debet tibi videri modicum saluari a peccatis. quoniā nulla seruitus miserior q̄ȝ seruire peccatis. ⁊ hoc ꝓpter vilitatē ipsoꝝ. vnde Hiere. 4. ca°. Leua oculos tuos indirectū ⁊ vid' vbi nūc ꝓstrata sis. i. q̄ȝ viliter ꝑ peccatū deiecta sis. Itē nulla seruitus diuturnior. pōt enim aliquādo seruus fugere dominū suū. sed peccatum sequitur fugientē. vnde Aug. sup Io. Nō fugit inquit seipsā mala cōscientia nescit quo eat sequit̄ se. imo nō recedit a se. Itē nulla seruitus verecundior. magna enī verecūdia est seruituti obligare aīam nobilē peccato. vnde Ap'lus. ad Ro. ca°. 6. Quē inquit fructū habuistis in peccatis in quibus nūc erubescitis. Itē nulla seruitus infelicior. cum enī aliaꝝ seruitutū sit aliqd̄ p̄mium desiderabile. istius tamen nulla merces ē nisi mors eterna. vnde ap'lus. Ro. 6° ca°. Stipēdia peccati mors ē. debem⁹ igitur humili reuerentia talem suscipe saluatorem: cuius salutis effectus est vetustam peccati dissoluere seruitutē ⁊ ideo hac nocte p̄nunciatis in cap'lo natiuitatis eius primordiis. omnes in terram corruimus. quoniam ad nos liberandos ille venit. q̄ seruo suo Moysi de medio rubi in flāma apparuit. ad cui⁹ presentiā abscōdit Moyses faciē ne respicēt ꝯ dominū. Exo. 3°. ⁊c.

In festo natiuitatis xpi de p̄io euā gelio introductio.

Exiit edictū a cesare Au gusto vt describeretur

vniuersus orbis ꝛc̄. Luce 2°. ca°. Magna debꝫ corpalis oculus puritate nitere. si ori entis velit solis inspicere claritatem. potiori igitur debꝫ mentis oculus pfici claritate. si volumus illius ortum at tendere qui illūminat omnē hominem candor lucis eterne. Ad q̄d nos hortat̄ Pe. ra. dicens. Satis modo sit oculo rum nostroꝝ pura acies: vt possit diui ni ortus intendere claritatem. nam si nascentis iubar solis oculorū nr̄orum vix suffert sanitas. q̄ta interni visus p̄paranda ē sinceritas. vt splendorē sui ferre possit creature orientis ꝛ radien tis auctoris. Claritas igit̄ diuina q̄ sac tissima illa nocte circūfulsit pastores intacte v̄gis p̄cibus nos purget. illumi net. ꝛ inflāmet. quaten⁹ si nō digne sal tem mente deuota regis oīm natiuita tem vobis anunciem. Regine igit̄ par turienti illā angelicā offeramus saluta tionē. qua talem ptum p̄meruit plena gr̄a. dicētes. Aue Maria.

Prima pars.

Exiit edictum a cesar̄ Augusto

Consuetudo est vt nato eo qui alicui⁹ regis debet principatuꝫ tenere: sue na tiuitatis tempus et ordo cōscribat̄. vn de btūs Lucas. tanq̄ celestis curie cā cellarius regis oīm natiuitatē descri bens in p̄senti euengelio sue origīs or dinem nobis insinuat. In quo euāgelio quatuor tangunt̄. Primū est vniuer sale imperiū terrene potestatis. ibi // vt describeret̄ vniuersus orbis ꝛc̄ // Secū dum est v̄ginale puerperiuꝫ eterne ma iestatis. ibi // factuꝫ ē autē cū essent ꝛc̄ // Terciū pastorale priuilegiū p̄fuse cla ritatis. ibi // ꝛ pastores erāt // Quartuꝫ est militare tripudium sup̄ne ciuitatis ibi // ꝛ subito facta ē // Circa primuꝫ tria tangunt̄. Primū ē totius orbis gene ralis descriptio. vnde dicit // exiit edic tum // .i. impiale p̄ceptuꝫ // a cesare Au gusto // hec nō sunt noīa p̄pria. sed sunt nomina dignitatis impii. Nō q̄ prim⁹ Romanoꝝ impator fuit Juli⁹ q cogno minatus est cesar. a quo ceteri impato res cesares appellāt̄. Ille ideo cesar di ctus est. vel q̄ cesō m̄ris vtero p̄diit vel q̄ cuꝫ cesarie natus est. vel q̄ for titer hostes cedebat. aut quia singulari certamīe auus eius in Affrica vicit ele phantē. qui lingua punica cesos dicitur Secūd⁹ impator fuit Octauian⁹ q co gnominatus est augustus. a quo ꝛ cete ri impatores dicunt̄ Augusti. ꝛ mēsis etiā quidā ab eo dicit̄ Augustus q p̄io dicebat̄ Sextilis. vel q̄ in eo mēse na tus est. vel q̄ tunc rediit de victoria cōtra Antoniū ꝛ Cleopatrā. Iste Au gustus cognominat⁹ est ab augēdo. q̄ maxie rempublicā auxit. Ab isto autē scd̄o romanoꝝ impatore cuius nomen fuit Octauianus qui cognominat̄ cesar August⁹ exiit edictū istud. d̄ quo dicit euangelista Lucas. Nota etiā q̄ vt di cit hystoria. iste impator fuit fortuna tissim⁹. totū eniꝫ orbem romano subiu gauit impio. ꝛ tota pace imperauit du odecim annis ante natiuitatem xp̄i. vt videretur etiam ad litteram esse īple tum illud Isa. 2°. ca°. Cōflabunt gla dios suos in vomeres ꝛ lanceas suas in falces. non leuabit gens cōtra gentem

gladium nō exercebunt ultra ad preliū
ꝛ ideo romani pacem illā diis suis attri
buentes honorabile templū Appollini
cōstruxerunt: ponētes in ipso Romuli
statuam. pquirentes vero a suis ora
culis q̃diu ipsuȝ templū esset duratuꝝ
acceperūt responsum quo adusq; virgo
pariat. qḋ impossibile reputantes in fo
ribus templi supscripserūt titulū. Tē
plū pacis eternū. sed nocte dominice na
tiuitatis ipsuȝ tēplū corruit. Romani
insuper attēdentes Augusti prudenti
am diuinos illi voluerunt honores im
pendere. sed ille super hoc facto Sibil
lam interrogauit: que tali die sicut est
hodie. cum esset in camera imperatoris
dixit vt attenderet quid circa soleȝ vi
deret. Aspexit ille circulum aureum
circa solem in cuius medio virgo sede
bat gestās pueꝝ regali dyademate co
ronatum. ꝛ audiuit voceȝ. hūc adora.
ex tunc vero prudens imperator nec deꝰ
nec dominus voluit nominari. Itē hac
nocte Hierosolimis angelꝰ domini pri
mo descēdit in pbaticam piscinā: ꝛ exin
de anunciante ipsa die descendēs. qui pri
mus illic eiciebat sanabat a quacūq; de
tineret ifirmitate. Ita dicit in epistola
Alexādri pape ad Soldanū Yconii. q̄
est epla Petri Blesensis nonagesia
nona. Itē hac nocte fons olei Rome de
terra fluxit in Tyberi. Deinde tangit
quale illud edictum fuit // vt describe
retur vniuersus orbis // i. totius orbis
puincie ciuitates ꝛ hoīes familiaꝝ ca
pita. Nota q̄ tres fiebant descriptiōes
s. regionū. ciuitatum. ꝛ hominum qui
erant capita familie. descriptō hominū
fiebat corā pside regionis qui scribebat
nomina singuloꝝ qui erant in ciuitate.
descriptio ciuitatū fiebat coram legato
imperatoris. descriptio vero regionum
fiebat corā Augusto in vrbe. ꝛ redige
batur inscriptis quot hoīes erāt in ci
uitatibꝰ. quot ciuitates ī regiōe. quot
regiones in orbe. ꝛ hoc faciebant roma
ni vel pter curiositatem. vl' ad demō
strandā vrbis magnificentiaȝ. aut vt
suā potētiā declararent quo sic toto or
bi dominabant vt scirent oīuȝ hominū
numeꝝ. sicut pater familias cognoscit
sue familie q̄titatem. Secundo tangit
huius descriptionis primordialis execu
tio // hec descriptio facta est prima a psi
de Sirie Cirino // Iudea enī nō habuit
pprium psidem. sed ipsa cōtinebat sub Ci
rino totius Sirie pside: naȝ Iudea est
ps regionis Sirie. ꝛ ideo in descriptōe
Sirie itelligit ꝛ Iudee descriptō. No
ta q̄ dicit hanc descriptionē primo fcāȝ
esse a pside Sirie pter duo. vl' qa ipse
pses regionis Sirie primo icipiebat eā
in puincia Iudea. vel qa Iudea est in
medio totius terre habitabilis. ideo cō
missum illi erat vt descriptionē scribe
ret in Iudea. vt ex tūc ad alias puinci
as fieret. Deinde ponit generalis obe
dientia // ꝛ ibant omnes vt pfiterent sin
guli ī suā ciuitatē // Nota qa qḋ primo
dixit descriptionem. nunc appellat pro
fessionem. Nā illud edictum imperato
ris erat descriptio ꝛ professio. sed non
mulier. quia cū de natiuitate xpi multi viri testimoniū phiberēt. sola ista iter feminas xpm cōmendauit. Secūdo cō mēdata pphetie dono // pphetissa // z h° ē magnū donū. qa tpe illo iudaicus po pulus nullū habebat pphetaz. nisi hanc tātū mulierē. Tercio cōmendat ab ori gie // filia Phanuelis // qui interptatur facies domini. z ipsa saluatoris vidit fa ciez: quā intueri desiderabat ppheta di cens. Ostēde faciē tuā z salui erimus. Quarto cōmendata pgenie // de tribu Aser // q inter prīarchas fuit. octau⁹ z significat beatitudiem resurrectōis: q̄ erit etate mundi octā: vnde etiā Aser interptatur beatus. de q° dr̄ gene. 49. Aser panis pīguis: z pl ebit delicias re gibus. Quīto ab antiqua etate // hec p cesserat // de vtute in vtutez // in dieb⁹ multis // quoniā sicut pficiebat etate tē poris. ita maturitate mox. vnō pv. 4. Justoz semita quasi lux splendēs p cedit. z crescit vsq ad pfectū diē. sed ɔ̄ rium est de aliqbus. q cuz senescūt effi ciunt pueri. morib⁹ z vicijs. de qbus dicit Ysai. 64. Puer centum annorū maledicet. vere maledicti senes z an⁹ qui dū peccare nequeūt: mōrib⁹ tribu unt peccādi mām. Secūdo hec sancta mulier ɔmendat quo ad pprimū: vł ad statū mrīmonialē. cui⁹ mrīmoniū com mendat quadrupl'r iuxta quatuor cōdi tiones que in mrīmonio exigunt. Pri mo eni debet inter cōiuges eē pacifica cōuersatio. vnde Eccl'. 25. In tribus beneplacitū est spūi meo que sunt pba ta corā deo z hominib⁹: cōcordia frm. z amor pximoz. z vir z mulier bene si bi cōsentientes. tale fuit mrīmoniū scē istius mulieris. de qua dicit q vixerat cū viro suo naz si non fuisset inter eos pax z cōcordia nō fuisset vita. sz mors vnde dicit Eccl'. 25. Cōmorari leoni z draconi placebit. q̄z habitar cū mulier nequā. z hoc idē de viro intelligendū est. Secūda cōditio mrīmonii ē fides thori. quaten⁹ mulier aut vir nulli al teri misceat. nā de muliere que frāgit thori fidem. dicit Eccl'. 23. Ōis muli er relinquēs viz suū: z statuēs heredi tatē ex alieno mrīmonio. in plateis ci uitatis iudicabit. quasi pull⁹ equinus fugabit. z vbi nō spauit apphendetur: z erit dedec⁹ oībus: eo q nō intellexit ti morem domini. sed de ista scā muliere dr̄ singulr q // vixit cū uiro suo // qa nō plurib⁹ se uiris miscuit Tercia ɔditō mrīmonii ē q ē ppetuū. z nō dissoluit nisi morte interueniēte. vnō dicit Apls prima. cor. 7. Mulier alligata ē legi: q̄to tpe vir eius viuit. q si dormierit vir eius: liberata ē a lege viri sui. im mo ex quo mrīmoniū ɔsūmatū est dato q cō iuges se inuicē possint licētia ad religionis ingressū. mrīmōiū tamen semp manet inuiolabile. qa nūq̄ altero viuēte pōt alter alteri copulari. tale fu it mrīmoniuz scē mulieris illi⁹ de q̄ dici tur q cū viro suo vixerat // annis septē vsq. s. duz vixit. Quarta ɔditō deco rans mrīmōiuz ē carnis itegritas. lz .n. vidua nubē possit cui vult ī dnō ta men non ē ita decoz mrīmōiuz sicut v ginuz. vnō nō dat eis annul⁹ aure⁹ nec benedictōe sacerdotali velant: sz vir ducens viduaz aut corruptā nō pōt ad sacros ordies pmoueri. sz mrīmōiuz scē isti⁹ mulieris habuit carnis ītegrita tez. vnde dicit a vgītate sua // a tpe scz q° viro suo ipa vgo in mrīmōio ɔiūcta fuit. Et nō pudiciciaz isti⁹ mlieris hm q innuit euāgelista. z exprimit glō. quo niaz ex coactu mrīmōio vgītatez ami sit. ɔtinenter tamen vixerit ipa piter

⁊ vir eius. ⁊ hoc est magnū dei donum quoniā vt dicit Eccl. 26. Nulla pōderatio digna est cōtinētis aīe. qđ nō nisi diuinitus hri pōt. vnde Sap. 7. Sciui quoniā aliter nō possū eē cōtinens. nisi deus det. Tercio cōmendat hec sancta mulier respcū dei: que erat uidua. status aūt viduitatis medius ē īter duos stat⁹. vginitatis. s. ⁊ mrīmonii: ī quo statu: cū mulier a lege viri sit liberata debet totaliter diuinis vacare operib⁹ ⁊ quia sancta mulier ista septem annis fuerat in statu mrīmonii. ideo nūc ponunt septē eius pfectiōes quo ad vidualem statū. quaꝝ prima ē vt speret in deo. mulieres enī desolate maritis plurimas cōsueuerūt pati molestias: in q̄bus ad nullū debent. nec possūt recurrere nisi ad deū: q̄ pupillū ⁊ viduā suscipiet: ⁊ uias pctōꝝ disperdet. vnđ Thi. 5. Que vere vidua ē desolata: spet in domīo. talis fuit hec mulier. de qua dicitur ⁊ hec vidua erat. id ē viro yduata: ydue aūt idē est qđ separe. Secūdo vidua đꝫ hr̄e tpis antiqtatē. vnde prima Thi. 5 Uidua eligat nō minus 40. annoꝝ. que fuerit vnius viri vxor. ⁊ h° ideo: qꝛ periculū est cōuersari cū adolescētiorib⁹ viduis. vnde Aplus p̄cipit Thimoteo. dicēs adolescētiores viduas deuita. de ista aūt muliere sācta dicitur. qꝛ ∥ erat vidua vsqꝫ ad annos octuaginta q̄tuor ∥ tāto enī tpe in viduitate pmanserat. Cū igit ipsa fuerit septem annis in cōiugio. ⁊ quādo mrīmonio iā copulabat: habuit ad min⁹ forsā tredeciꝫ annos. patꝫ qꝛ ipsa erat q̄tuor ⁊ cētuꝫ annoꝝ. Tercio vidua đꝫ frequētare eccl'iam ⁊ est enī q̄si media monacha; qđ demōstrat ligatura capitis. vestimentoꝝ color obscurus: ⁊ cetera multa: p̄ que ostendit ex magna pte renuntiasse mūdanis deliciis. talis erat sancta hec mulier. de qua dicit ∥ q̄ non discedebat de tēplo. Quarto vidua debet fugere mūdi delicias. ⁊ vacare ieiuniis cōtra libidines carnis. nam vt dic Aplus. Uidua que manꝫ ī deliciis: viuens mortua ē. ista autē mulier vacabat ieiuniis. Exēplū enī hēbat Judith ix. c. hēbat. Judith sup lumbos suos ciliciū ⁊ ieiunabat oībus dieb⁹ vite sue. Quīto đꝫ vidua orōib⁹ insistē. 1. Thi 5°. vidua īstet orōib⁹ ⁊ obsecrtiōib⁹ die ⁊ nocte. de ista aūt dicit ∥ et obsecrtōib⁹ instabat ∥ Ista aūt obsecrtō ē efficacissimuꝫ orādi gen⁹: q̄ndo cū adiuratōe qc q̄ꝫ postulamus a deo: sicut illud. per temetipsuꝫ domine. vel illud eccl'ie. per dominū nr̄m Jesuꝫ xp̄m filiū tuū. taliā mō hec scā mulier orabat. ⁊ forte obsecrabat aduentū xp̄i in carnē: queadmodum Moyses. exo. 4°. Obsecro inqt domīe: mitte quē missurus es. Sexto vidua đebꝫ eē obseqosa indigētib⁹. vnde prima Thi. 5. Eligat vidua si filios educauit: si hospicio recepit. si scōꝝ pedes lauit. si tribulatione pacientib⁹ subministrauit. si oē opus bonū subsecuta est. talis fuit sancta mulier. de qua dr̄ qꝛ erat ∥ seruiens ∥ qđ nō tantū intelligi debꝫ de dei seruitute: que est religio. sꝫ de ea que est pietas: que valet ad oīa. vt dicit Aplus. Septīo vidua debꝫ in oīis cōstātie pmanere. mulieres enī nupte cogitāt que sunt mūdi: ⁊ quō placeant viris suis: vt dr̄ p̄ria cor. 7. Itaqꝫ qꝛ vidua ab illa lege ē libera. ideo die ac nocte debꝫ meditari in lege domini. qđ faciebat scā ista mulier de qua dicit qꝛ agebat oīa supdicta bona opa ∥ die ac nocte ∥ h° nō fecit Thamar nur⁹ Jude q̄ aliquo tpe in viduitate licꝫ pmāsꝫat; depōitis tamē viduitatis uestib⁹ īduta

teristro .i. velamie quo vtunt mulieres Arabie: pmisit incestu. vt legitur gene .38 .c. Secudo post laudez mulieris, eius ponit de xpo testimoniu // z hec s. Anna tanti meriti: tanteqz reuerentie ipsa hora // qua Symeon loqbat de xpo superueniens // fortasse venit in spu in teplum vt saluatore cofiteret queadmodu venit Symeon in teplu in spu. Lu. 3°. Et attede quo saluatoris laudes cumulant. quonia anteqz rumor vni9 desinat: succedit noua laus z gloria. antecni qz angelus nato cristo natitate ei9 terminasset pastorib9 nunciare. facta est cu angelo multitudo celestis exercitus: laudatiu deu. z anteqz pastores ad ptum accederet vginis. auditu e canticu nouu in celestib9. sed anteqz pastoru rumor cessaret. ecce magi ab oriete venerut. adhuc plena erat ora loqntiuz de nouitate magox. z ecce Symeon xpm adorauit infante. nodu ille verba tinierat. z ecce religiosa mulier // cofitebat domino // eccl. vlti. Confitebor tibi domie rex: z collaudabo te deu saluatorez meu. Ista pfessio erat ad laudis dei reueretia. qa ipse miserat mundo saluatorem. edificabat etia primu: vnde sequit // z loqbat de illo // dices eu ee saluatore: z humani generis redeptione // oibus // no vni aut aliquib9. sz oibus. Et vide mlieris istius singulare priuilegiu. quo ad duo. tu qa docebat i templo. et tame dic Apls mlr i ecclia taceat: no eni pmittat ei loqui .1. cox. 14°. tu etia qa publice loqbat: et tame Symeon priuate ad Mariaz soluz locut9 fuerat. q expectabat redetioz isrl dicebat eni. hec est illa redepto qua expectatis. quoz nuc misit de9 redeptoez populo suo. declarabat etia eis qualic ista redeptione deberet intellige: qa no corpalem sicut intellexerut illi duo discipuli euntes in Emaus. q spabat q ipse eet redepturus israbel a suitute corpali. sed pdicabat q intelligeret redeptione a peccatis. Math. 1°. Ipse saluuz faciet populu suu a peccatis eox.

Tercia pars.

Tercio cum dicitur et ut perfe

cerut oia etc // tagit pueri Jesu crementum z pfectio. z sex tangunt. Quoruz primu est legis obseruatia pfecta // z ut pfecerut // signater dic pfecerut: qa no quocunqz mater cristi lege impleuit. sz pfecte madatum eius pleuit. no omittes nec apice nec iota. vel ideo dicit q pfecerut. quonia necessitatis est suare lege. his q legi subiciunt. sed facere legis pceptu dicunt: qui sunt sup legem. z qa beata vgo erat sup lege no tenebatur legi purificatiois: z tame eaz impleuit. io dicit q pfecerut // omnia // q erat tria. s. oblatio pueri ad templu. redemptio ei9. qa primogenit9 qnqz siclis argenti redimebat. oblatio duax turtux aut vnius paris colubax // sm lege domini // qa lex scripta fuit digito domini exo. 20. In qua hec oia madabant: de qbus hic infra dicet. cu de purificatione vginis domini fuerit sermo. Secudo tangit regressio vginis // reuersi sunt in gallileam // puincia regni iudeoru // in ciuitate sua Nazaret // sua certe: qa ibide erat eox habitatio. No q beatus Lucas nobis ostedit cam quare bta vgo venerit de Nazaret Bethlee qa occasioe descriptois toti9 orbis. nunc vo pprio dicit de reditu ipsi9. qa oputuit vgine pegrinari i Bethlee: dieb9 40. post natitatem xpi. iuxta legis pceptuz quo mulier piens masculu qdragita diebus

stabat intra domū in qua enixa fuerat. Et attēde q̄ stati ut fuerat Nazareth oportuit iterū v̄ginem p̄egrinari. quia irato Herode fugit in egiptum. Terciō ponit̄ cristi augmentū // puer autē // puer dicit̄ q̄a purus vnde Aug. i omel. quadā. crist⁹ inter peccatores z impios natus. mortali etiā de m̄re p̄gressus. purgationē cūctis nascentibus ostēdit: z ipse celo purior app̄et // crescebat // licet formatō corporis in instanti facta fuerit: z nō successiue. augmentum tamē suscepit in tempr̄e: ne videret̄ esse fātasma. z vt ostenderet verū se corp⁹ habē. Quarto ponit̄ vigor corporis // et confortabatur // quoniam iuxta augmētū corporis fit augmentum vigoris. Quinto ponit̄ p̄fectio aīe eius q̄ntum ad itellectum // plenus sapientia // colo. 2. In quo sunt oēs thesauri sapīe z sciētie dei abscōditi quasi dicat. euangelista ita p̄ficiebat in augmento z vigore corpis. sed ex parte anime iā erat plen⁹ sapientia z virtute ab instāti sue cōceptionis Sexto ponit̄ p̄fectio aīe q̄ntum ad effectum // z grā dei erat cū illo // Nota q̄ in cristo fuit triplex gratia. s. vnionis gratū faciens: z gratia gratis data. et sup̄habundanter fuerūt in illo. vnd̄ eccle. 24. In me gratia omnis vite z veritatis. z Jo. 1°. De plenitudīe ei⁹ omnes accepimus. fuit igit̄ in mente grā repletus. vnde puer. 1°. Addat̄ gratia capiti meo. i. menti mee. fuit secundo gratiosus in verbis. Luce. 4. Mirabant̄ omnes ī verbis gratie ei⁹. vnd̄ P̄s. Diffusa est gratia in labiis tuis. Fuit tercio gratiosus in op̄e. zach. 1°. Educet lapidē primariū. id est cristū z exequabit gratiā verborum gratie operum. Quarto fuit gratiosus ī morte. Eccle. 7°. Mortuo non prohibeas gratiam. immo per mortem istam gratificauit nos in dilecto filio suo. vt dicit Ap̄lus ad Ephe. primo: Rogemus ergo deum et cetera.

In festo circumcisionis domini nostri Jesu x̄pi. Prima pars.

Postquā cōsumati sunt dies octo vt circūcideret̄ puer. vocatū est nomē ei⁹ Jesus etc̄. Luce. 2. Quoniam dies hodierna est anni principium. ideo principes suis clientibus z quilibz paterfamilias sue familie donaria tribuunt. ita q̄ maiores minoribus: non minores maioribus aliq̄d tribuant. sed tamen ad minores nunciare maioribus bonum annum p̄tinet. Saluator autem noster Jesus in hūc mundum nat⁹. velud princeps. licet adhuc paruulus noluit q̄ dies iste preteriret quin mun⁹ acceptabile z gratū tribuēt suis fidelibus. munus autē hoc fuit p̄ciosus sanguis ipsius quem in circumcisione. hodierna die pro nobis effudit p̄sens igit̄ solennitas est compassionis dilectionis. et exultationis. Compassionis quidem. quia x̄pūs sic p̄uulus existens pro nobis circūsionem sustinuit 1°. P̄e. 4. Cristo igitur passo ī carne vos eadē cogitatiōe patiamini vt vbi non pōt eē corporalis passio: saltē sit mentis compassio. Itē est istud festū amoris. vnd̄ Bernhar. Super omia inquit te mihi reddit amabilem. o bone Jesu opus redemptionis nostre. z sanguis quem fudisti pro nobis. Item est etiam solennitas exultationis. quoniā habem⁹ hodie arras nostre redēptōis in effusiōe sanguīs x̄pi expectantes plenam in ipsius morte redemptionem.

⁊ ꝓpter hoc in matutinis cantatuȝ fuit.
Hec ē dies quā fecit dominꝰ: exultemꝰ
⁊ letemur in ea. De his aūt que ptinēt
ad solēnitatē huiꝰ diei. fit mētio ī euan
gelio hodierno. in quo tria tāguntur.
Primū ē corpalis xpī circūcisio. Se-
cundū est saluatoris noīs impositio ibi
vocatū est ⁊c. Terciū est eiusdē noīs
p̄cedens insinuatio ibi / qd vocatuȝ ē /

Circa primū tangunt̄ tria. quoꝝ pri
mū est tpis cōsumatio / postq̄ cōsūati
sunt dies octo / .s. a natitate xpī ex vir
gine: cōputādo primū ⁊ vltimū diē. ex
odi. 23. Numeꝝ dieꝝ meoꝝ adimplebo.
Secūdo ponit̄ circūcisiōis obseruatio
vt circūcideret̄ / fecit eni dominꝰ q̄ co
gitauit: ⁊ impleuit ī corpe suo sermonē
circūcisiōis quē p̄cepat a diebꝰ antiqs.
vt dicit̄ Tre. 2. Tercio ponit̄ etatis te
neritudo / puer / Nā s̄m Isido. xi.
ethi. c. 2. q gradꝰ etatis sex sūt. Pri
ma ē infātia que est nascētis hōis ⁊ por
rigit̄ in septē annos. ⁊ dicit̄ hō tūc ī fans
qa fari .i. loqui nō pōt: nōdū bene dēti
bus ordiatis. Secūda etas ē puericia
que a septēnio vsq ad q̄rtūdecimū du
rat annū. ⁊ dr̄ a puritate: qa caret lanu
gine. Tercia ē adolescentia que porri
git̄ vsq ad decimūqntū annū. dr̄ autē
adolescētia: qa adolet ⁊ auget ac gene
rar̄ facit. Quarta ē iuuentꝰ dcā a iuua
mēto eo q sit etatū firmissima ⁊ iuuar̄
pōt ī ea quoscūq alios. q̄ ptendit̄ usq
ad q̄dragesimū annū. Quīta ē grauitas
q̄ est decliatio iuuētutis ī senectutē ⁊
finit̄ in 60. anno. Sexta ē senectꝰ q̄ nul
lo annoꝝ tpe finit̄: ⁊ dicunt̄ senes a sēsus
diminutōe qa delirāt. Cū aūt xpūs nō
eēt nisi octo dieꝝ. tamē euāgelista euȝ
appellat pueꝝ. sic etiā Isa. x. c. Puer
natꝰ est nobis. ⁊ h° ꝓpter puritatē eius
purꝰ eni fuit corpe qa ex purissis vgi
nis cōceptus erat sanguibus. purꝰ fuit
in aīa. qa sine pctō originali ⁊ actuali.
Circa circūcisiōem qnq sūt videnda.
primo de ritu eiꝰ. 2° q̄re fuerit institu
ta. 3° qbꝰ data fuit. 4° q̄re xpūs circū
cidi voluerit. 5° quar̄ nos nō circūcidi
mur. Circa primū pmo videnduȝ ē
vbi fiebat. qa in carne p̄pucii siue ī mē
bro generatōi deputato. ⁊ dr̄ circūcisio
qr circulariter pellis ipsiꝰ mēbri incide
bat̄. Secūdo videndū ē de tpe. fuit eni
instituta ante legē editā Moysi q̄drin
genta annis. vnde dicit Aplus. q cir
cūcisio nō ex lege. sed ex prībus est. fie
bat aūt octauo die natiuitatis infantis
etiā si dies ille eēt sabatū. vt dr̄ Jo. 7°
vnde gene. 17. Infās eni octo dieꝝ cir
cūcidet̄ in vobis. ante eni octauā dieȝ
nō fiebat ꝓpter carnis teneritudinē. ne
eēt piculū: nec differebat̄ nisi ī cāu. quo
niā dolor nimius fuissȝ ꝓpt carnis fir
mitatē. Tercio ipsa circumcisio a quo
cūq fieri poterat. ⁊ cultello ferreo vl'
lapideo. qa nec ministꝝ habuit deputa
tum. nec instrm. īmo aliqs seipsum po
terat circūcidere. sicut dr̄ de Abrahaȝ
gene. 17. c. Secūdo videndū est quar̄
instituta fuerit circūcisio: ⁊ dicēdū ē q
ꝓpter multa. pmo vt eēt signū distinctō
nis indelebile. quo ꝑplus iudaicus ab
aliis discerneret̄ nationibus. vt dicit̄
ad Ro. 4. Secūdo data est iudeis cir
cūcisio in remediū culpe originalis. Il
lud eniȝ faciebat eis circumcisio. qd no
bis facit baptismus. et ideo sola circū-
cisio inter legalia gratiam conferebat.
quia nō abicitur culpa nisi per gratiā.
Tercio data ē ad repssiōȝ carnal' ꝯcupi
scentie qua marie ardebant iudei. cuiꝰ
ablatōm sicut significat aqua baptismi
p refrigeratōȝ: ita circūcisio p ablatōȝ
Quarto circūcidebat̄ infās octaua die

vt statim in ipso exordio natiuitatis: ppriu sanguis scificaret effusione. vnde dicit hebr. 9. q oia pene mundant in sanguine fm legem: z sine sanguis effusione non fit remissio. z ideo scriptum est Exo. 22. Septe dieb sit cu mre sua: die octauo reddes illu mihi. z addit. Uiri sancti eritis mihi. s. p scificationem z circucisionem. Tercio videndu est quib data fuerit. z dicendu q prim hoi cui data fuit circucisio fuit Abraham. cu nonaginta z nouem annoz eet. ois aute masculus de semie eius z serui habitates cu eis tenebantur circucidi. mulieres aut eoz cu a circucisione cent libere. nunq tame nisi circucisis debebat nubere. Ite nulla alia natio iudeis exceptis: legi subiciebat circucisionis. sed sacrificiis qbusda emudabant ab originali pcto: quead modu z mulieres iudeoz. Quarto videndu e quare xps circucidi voluerit. cum tamen fuerit sine oi peccato. hui autem plurime cae assignant. pria vt ostederet se ee de semie Abrahe cui erat iposita circucisio. Secunda ut iudeis auferret cam incredulitatis. potuissent eni dicere q crede no deberet. qa prib eet dissimil. Tercia vt lege vetere approbaret. Mat. 4. No veni soluere lege sed adiple. Quarto ppter humilitatem sua. qa lz eet sine peccato: tame velud peccator se legi supposuit. Gal. 4. factu sub lege. Quinta vt carnis in le veritate ostederet. Sap. 7. In vetre matris mee figuratus su caro. Sexto vt castitate comendaret. que est in circucisione act illi mebri. Septio vt spualem doceret circucisione. que debet fieri in oculis z aurib: ne inhonesta vide videant z vana audiant. z hoc e necessariu. qa no satiat ocul visu nec auris auditu. z sic circucisio deb fieri in lingua a pnis sermonib. quonia mors z vita in manib lingue. puer. 30. Deb fieri in maib ab auaricia: vsura imuditia: z violetia. vnde Deutro. 21. Radet cesarie z circucidet vngues. debet fieri in corde a cogitationib vanis et imundis z ab errorib vniuersis. vnde Hiere. 4. Circucidimini domino z auferte pputia cordiu vroz viri iuda. No q qnquies effudit xps sanguinem suu p nobis. primo in circucisioe in signu amoris. sicut Sichem amor Dine vt eu sponsu heret circucisus e. gene. 34. Exo. 4. c. Sposus sanguinu tu mihi es. Secudo i orone i signu vehemetis ardoris. quo nra desiderabat salute. Luce 22. Fact i agonia plixi orabat. z factus e sudor eius sicut gutte sanguis decurrentis in terra. Tercio in flagellatioe i exeplu exhortatiois. Hebre. 3. Hortamini vos metipsos p singulos dies. Quarto in crucifixioe in pciu redeptiois. Apo. 5. c. Redemisti nos domie de i sanguie tuo. Quito i lateris apcioe: in efficaciam nre ablutiois Apo. 1. Lauit nos a pctis nris in sanguie suo. Quito z vltio videdu est qre nos no circucidamur. cu tame xps circucis fuerit z alii. dico q circucisio cessauit i institutoe baptismi. ita q obseruatio ei tpe isto danabil e. vnde Apls gal. 5. Ego Paul dico vob. quonia si circucidimini: xps nihil pderit vob. Dex aut cae sut qre no circucidamur. Pria qa circucisio sol iudeis data fuit nos vo iudei no sum. Scda qa baptism e sacrm efficaci p originale peccatu z alius. z io finem circucisioi iposuit adueniete eni fortiori cedit min potes. Tercia ca qa xps circucisioe sua circucisioi fine iposuit. sic alia legalia suauit ut eos q sub lege erat redimet. gal. 3.

Quarta causa est ꝑpter drīam antique legis ꝛ noue: omnis enīꝫ lex opoꝛtuit ꝙ haberꝫ aliqđ sacramentū quo velud ꝑ quandā ianuā in ipsaꝫ legē eēt ingressus. Lex autē antiqua penalis erat ꝛ afflictiua. ꝛ ideo ꝑ sacramentū penale qđ est circūcisio in eā erat ingressus. quoniā vero lex noua suauis est. qꝛ iugū xp̄i suaue est cū sit amoꝛ. iō ꝑ baptismū quasi ꝑ quandā suauē refrigerationem in ipsā legē ingredimur. Quinta ē: qꝛ cū homo delectatiōe peccati a lege xp̄i declinasset. nō poterat redire nisi ꝑ penā alic⁹ sacri. Sed qꝛ xp̄s in ligno crucis vere languoꝛes nr̄os tulit: ꝛ doloꝛes nr̄os ipse poꝛtauit. vt dicit Ysaie. 53.c. Ideo ex hoc absoluti sum⁹ a pena circūcisiōis. Sexta cā est qꝛ culpa oꝛiginalis peccati que maxīe vigꝫ. ꝛ ī mēbꝛo deputato generationi: est illud qđ ꝓhibet aliquē eē de lege xp̄i. ideoqꝫ nemo ad illā debet asscribi nisi effusione sanguinis. ꝛ p̄cipue sanguīe mēbꝛoꝝ genitaliū. ꝛ qꝛ cristus hunc sanguinē ꝓ nobis effudit. ideo vlterius nō expedit circumcidi.

Secunda pars.

Ecundo cū dicitur Vocatuꝫ ē tangit saluatoꝛis noīs impositio. sicut enīꝫ nunc alicui nomē imponit cū baptisatur: ita tūc cū circūcidebat. neqꝫ enīꝫ aliqs est dign⁹ vocari quolibꝫ nomine anteqꝫ baptizatus sit. ꝛ hoc ꝑpter tria. nomē enī ꝑtinet ad notitiā. vnde scđm Ysido. 2⁹ ethi. 4. c. nomen dictū est q̄si notamē. eo ꝙ nobis vocabulo suo res notas faciat. ꝛ qꝛ homo ꝑ baptismū venit in gratuitā dei notitiā. iō tūc nomē imponit. Unde dominus ad Moysen: Exo. 33. Noui te ex noīe: et inuenisti grām coram me. Secūdo qꝛ nomen ꝑtinet ad dignitatem: ꝛ ꝑ baptismum in maximam dignitatē transim⁹. s. in adoptionem filioꝝ dei. Tercio qꝛ a scā trinitate habemus eē. ideo nō est cōueniens vt nominemur: nisi ad inuocatiōeꝫ scē trinitatis. cū dicit. Ego te baptiso ī noīe pr̄is ꝛ filii ꝛ sp̄us sancti. Hieremias enīꝫ dicit. Tu aūt in nobis es domīe ꝛ nomē sanctū tuum inuocatuꝫ est sup nos. Circa istam aūt nominis impositōnem duo tangunt: quoꝝ vnū est vocatio nominis // vocatū est nomē eius // s. qui dixit. exo. 3. Ego sū qui suꝫ. hoc nomen mihi est in eternuꝫ. Deinde ponit nominis excellētia // Jesus // h⁹ nomen excelsum est. vnde ps̄o. Mementote quoniā excelsū est nomē eius. Nota ꝙ ꝯuenienter hoc nomē fuit cristo in circūcisiōe impositū. Jesus enīꝫ interp̄tatur saluatoꝛ. ꝛ qꝛ tunc ipse nostre salutis opus incepat. ideo tunc tale sibi nomen impositum est. Rōnabiliter autē hic sibi nomen impositū est. quoniā res nominis sibi cōuenit. turpe enim esset vt aliqs debil' diceret Sampson. aut aliquis fedus diceret Absolon. vel fatu⁹ diceret Salomon. sꝫ tūc nomē est in homīe. velud gēma ī annulo aureo quando nomen rei cōuenit. ꝛ quia xp̄us vere fuit humani generis saluatoꝛ. iō rōabiliter Jesus est vocatus. Et nota ꝙ a quatuoꝛ malis saluat nos xp̄s. saluat enim nos primo a tēptationib⁹. nō enī ꝑmittit nos tēptari sup id qđ possumus: sꝫ facit cū tēptatōe ꝓuētū. vt possim⁹ sustinē. hoc enī nomē cogitatuꝫ ē velut tiriacha recepta. expellēs oē tēptatiōis venenū. vnde Mat. vlti. In noīe meo si moꝛtiferū qđ biberit. i. ad moꝛtale tēptatiōes selerit: nō eos nocebit. 2⁹ saluat a pctīs. vnde Mat. 1. c.

Ipse saluum faciet populum suū a pec
catis eorū. Sicut enim aqua lauat mē
tem maculam. ita hoc nomē inuocatū:
vnde Ezech. 36. Effūdā sup uos aquā
mundā. i. nomīs mei refrigerantē mū
diciam. ꝛ mūdabimini ab oībus inqna
mētis vestris. Tercio xpi nomen sal
uat ab īsidiis diaboli: ps. Saluasti nos
de affligentib⁹ nos. ꝛ iterū in noīe tuo
spnem⁹ insurgentes in nobis. Si eni q
busdā vbis incantationū tāta vis ē col
lata vt ipsis recitatis serpētes nō noce
ant ꝛ fugiant. multo ꝑ amplius xpi no
men inuocatum. corpales fugat ꝛ spūa
les serpētes: vnde Math. vlti. In no
mīe meo demonia eiciēt. linguis loquē
tur nouis. serpētes tollent. vnde disci
puli xpi dixerunt. Domine etiā demo
nia in noīe tuo subiciunt nobis. Lu. x.
Nomē cristi saluat a cunctis aduersi
tatibus: siue sit corpalis infirmitas: si
ue mūdi tribulatio. vnde legit q̄ disci
puli in h⁹ noīe mirabiles sanitates ope
rati sunt in humanis corpibus. ipsū eni
velud vnguētū quoddā. aut medicia
cōis est: vl' herba de qua vulg⁹ omnia
vulnera sanat. ps. Misit vbum suū
ꝛ sanauit eos. Ipsū etiā nomē ē velud
turris fortissima. vt dicit in ꝓuerbiis
q̄ a mundi tribulationib⁹ liberat. Nō
etiā q̄ multi fuerunt appellati hoc no
mine. sed tamē soli xpo singulariter et
efficaciter ipm nomē cōuenit. quoniā
in solo ipsius noīe ꝛ nō in alio est salus
vnde dicit act. 4. Non est datū aliud
nomen sub celo in quo oporteat saluos
fieri credentes. Itē cōuenit sibi vīr. q
dam enim aliqd regnū. aut ꝓuinciam.
seu ciuitatem aut hoīem saluare potu
erunt. sed xpūs est vniuersalis salua
tor qui vult oēs hoīes saluos fieri. et
ad agnitionē sui nomīs ꝑuenire. vt di
cit. prima Thi. 2°. Sed multi sunt q̄ li
cet eos velit cristus saluare: ipsi tamē
nolunt. sed tamen quicunq̄ inuocaue
rit nomē domini: saluus erit. vt dicit
Joel. 2. ꝛ ideo xpūs tanq̄ vniuersalis
saluator operatus est salutem ī medio
terre. vt ex hoc medio salus ad extrēa
cōflueret. cui loquit deus. Ysiie. 49
Sis salus mea vsq̄ ad extremū terre.
Itē saluat efficaciter. quoniā quē ipse
saluat: nullo pōt timor aut aduersitate
disperdi. vnde Hiere. 23: In dieb⁹ ill'
saluabit iuda. ꝛ israhel habitabit confi
denter: maloꝝ timore sublato. ꝛ ꝓpter
hoc dicebat Job. 17. Libera me domie
ꝛ pone me iuxta te: ꝛ cuiusuis man⁹ pu
gnet cōtra me. Itē cōuenit hoc nomen
cristo. quia ipse saluat veraciter. vnd
Jo. 4. Ipsum cognouimus ꝛ scimus:
quia ipe est vere saluator mundi. Nō
enim saluat cristus sicut mūdus saluat
vt decipiat. diabol⁹ vt pūiat. ut gluto
saluat porcellum vt cōmedat. lup⁹ sal
uat agnum vt occidat. iudex saluat fu
rem vt suspendat. sed xpūs saluat nos
vt a penis infernalibus eripiat. Psal
mista. Saluasti me a descendentibus
in lacum. et vt animaꝫ et corpus ad ce
lestia regna perducat. de salute anime
dicitur. Luce. ix. Filius hominis non
venit animas perdere sed saluare. de
salute vero corporis dicitur. Philip.
tercio. Saluatorem expectamus do
minum nostruꝫ Jesum christum. qui
reformabit corpus humilitatis nostre
configuratum corpori claritatis sue.
Et q̄ ista salus sit regni celestis: dicit
Apostolus secunda. Thimo. quarto.
Liberabit me dominus ab omni opere
malo. et saluum faciet in regnum suuꝫ
celeste. cui laus et gloria in secula se
culorum Amen.

Tercia pars.

Ercio cum dicitur qd vocatuz est / tāgit sacri noīs pcedens insinnatō Et duo facit. Prīo tangit anūciantis dignitas. qd vocatū est ab āgelo. Luce 2°. Uocabis nomē eius Jesuz. Nō glo. tāgit duplicē cām quar̄ hoc nomē ab angelo vocatū est. Prima qa nō decuit tā gl'osū nomē primū ab homib⁹ appellari: sed ab excellētiori nā. Secūda est nc hō videret hui⁹ noīs macbiator Secūdo ponit tpis cōgruitas / pri⁹ qz ī vtero vgīs pcipet / eccl'. 6. Qui futurus est iā vocatū est nomē eius. z scit q hō sit. Nō q xpūs pri⁹ voluit nomiari qz in vgine eēt cōceptus. primo vt ostēderet se ante cōceptū vgineum extitisse. nō enī nominant: nisi ea q sūt Nō q hoc nomē ab eterno fuit ordiatū ps. Domine nomē tuū in eternū. Secūdo fuit a deo diuino ore nominatum. Jsa. 62. Uocabit tibi nomē nouū qd os domini noīauit. Tercō a pphetis expectatū. Gene. 49. Salutare tuū expectabo domie. Quarto vgini z Joseph nunciatū. Luce. 2°. z Mat. 1°. Quito pastorib⁹ nūciatū. Luce. 2°. Anuncio vobis gaudiū magnū. qa natus est vobis hodie saluator mūdi. Sexto a Joseph hodie impositū. Septimo ab apostolis diuulgatū. vnde de beato Paulo dicit. Uas electiōis ē mihi vt portet nomen meum corā gentib⁹ et regibus z filiis israhel. act. ix°. z eccl'. 47. Ad insulas longe diuulgatum ē nomen tuum. quōm in oēm terram exiuit sonus eor. z in fines orbis terre verba eorū Rogemus ergo zc.

In vigilia Epyphanie sermo.

Prima pars.

Efūcto Herode ecce angelus domini appuit in sōnis Joseph in egypto zc. Mat. 2°. Querunt aliq frequēter qre mali homies viuant in mūdo isto: quib⁹ respondz Aug. sup ps. et tangit duas cās vite eor dicens. Ne puteris frustra malos hōines viuē. oīs enim mal⁹. aut iō viuit vt corrigat: aut vt p ipm bon⁹ exerceat. ecce negssimus Herodes q lōgo vixit tēpor. mltis dedit virtutis exerciciū. nam et ipi xpo z btē virgī dedit humilitatis z paciētie mā; dum ad fugaz psecutōe ipi⁹ cpl'si sunt. ipe tamē p malicias suas ita dedit aliis occasiōz vtutis: q mā sit icorrigibilis. īmo longiori vite addebat longiora facinora. volens igit de⁹ dare pacem scīs suis interueniēte morte, malicie Herodis finez pstituit. qten⁹ btā virgo z Joseph d exilio cū xpo redirēt ad pprā. de quo reditu agit in presenti euāgelio. vbi tria tangunt. primū est mādatū angelicū. secūd ē hūanuz obsequz ibi / q psurgēs /. terciū ē hitacl'm florīdū ibi / z āmonit⁹ / Mandatū āgelicū: fuit ad Joseph vt accipet puer et mrē z rediret. hūanū obsequz: qa Joseph obsecut⁹ ē puero et vgini: accepit enī puer z mrē z venit ī terrā israhel hitacl'm qa veniēs hitauit in Nazaret qd interptat flos. Circa primuz qtuor tāgūt. primū ē psecutoris interitus ibi dsūcto aūt Herode / Lu. 16. mortu⁹ ē diues z sepl't⁹ ē in iferno Nō q Herodes iste fuit fili⁹ Antipris ydumei q ppter amiciciaz marci z anthonii adeo claruit q data ē ei vxor Cipris neptis regīs arabū. pmēdat⁹ ī qz apud Cesarē a Marco et Anthonio de v tute plic

⁊ fidelitate donauit illi cesar īmunitā-
tem ⁊ ciuilitatem romanā. Cumqȝ apd
cesarem accusaretur de infidelitate ro
romanoꝝ ab Antipatre veste proiecta
nudus stetitante cesarem: multitudi-
nem ostendens vulnerū in ōni corpore
que se tacēte clamarēt eū fuisse Roma
noruȝ fidelē. tūc data illi optiōe q̄ vel
let ī iudea pōtificali dignitate fulgē: ip
se dignitatis mēsuraȝ remisit in cesarē
vnde ꝓcurator iudee declaratꝰ est: hic
ex supdicta vxore sua Faseluȝ genuit.
quē sub se hierl'is ꝓcuratorē instituit.
alteꝝ autē filiū. s. hūc Herodeȝ p̄fecit
gallilee. mortuo aūt antipr̄e sumptiōe
veneni Faselo etiā ad saxū fracto capi
te se necāte. Herodes ꝑperauit Romā
vbi suasu Antonii totius iudee rex est
declaratus. Rediēs autē vsqȝ ad quar
tū annū quo Rome dyadema susceꝑat.
regnū obtīere nō potuit. Antigono oc
cupāte iudeā. Cōfirmatus ē autē in re
gnū anno quarto sue institutiōis. et ex
tunc 37. ānis regnauit. quē ꝓpter inno
centū interfectioneȝ ⁊ ꝑsecutionē xp̄i.
ꝑcussit dñsꝰ cum iā eēt 70. annoꝝ. nā
febris non mediocris erat. prurigo in
tollerabilis ī oī corpis supficie: assidu
is vexabat colli tormētis. pedes illi tu
muerant. putredo testiculoꝝ vermes
generabat. creber anhelitus ⁊ interru
pta suspiria. Cumqȝ corpꝰ eius iussisset
medici oleo calidiori foueri: dimersuȝ
in archā. ibi dissolutū ē: vt lumīa q̄si
mortuus resoluta torq̄ret. astātiuȝ ta
men clamorē respicē visus ē. Cumqȝ ta
libus languoribꝰ p̄meret: duos sophis-
tas qui legē exponebāt viuos cremari
iussit. cū multa adolescentiū turba. eo
ꝙ tabescēte rege: aq̄lā aureā fluminibꝰ
deiecisset. quā idē rex ꝯ prias leges su
per maximā portaȝ tēpli poni p̄ceperat

Audiēs aūt iudeos morteȝ suā expecta
re cū gaudio: nobilioribus ex ōni iudea
collectis iuuenibꝰ p̄cepit Salome soro
ri sue. vt cū aīaȝ efflaret: statī illos oc
cideret. ita vt etiā oīs iudea inuita. ip
so moriēte lugeret. Quadā autē die cū
pomū icideret: statī illū tussis violēta
arripuit. qui dolore cōpressꝰ dextrā su
stulit vt seipsū cultello ꝑimeret. Sed
Antoniꝰ cōsobrinꝰ eiꝰ dexterā sibi cōti
nuit. eūqȝ sic a nece impediuit. statīqȝ
rex velut mortuus in palacio plangit
Quod audiēs antipr̄ filiꝰ eius quē ipse li-
gauerat in vinculis gauisus est. mlt'a
ꝓmittēs custodibꝰ. si se libeꝝ abire per
mitterent. Quod dū pater accepisset. gra
uius tulit filii exultationē: q̄ȝ morteȝ. ⁊
cōtinuo missis satellitibus iussit inter
fici eū. post cuius mortē qnqȝ diebꝰ ex
actis. ⁊ ipse neq̄ssimus mortuꝰ est reg
ni suo anno. 37. Salome aūt oēs quos
occidi mādauerat: liberos abire ꝑmisit
sepeliuit autē eū Archelaus filius eius
in herodiū iuxta mandatū ipsius: nihil
regii ornatus in funeris pōpa p̄termit
tens. Nō ꝙ qcūqȝ morit defunctꝰ
dici pōt a defcū: eo ꝙ deficit vita eius: q
defectus ē maximꝰ oīm. vnde Eccl'. 22
Sup mortuū plora. defecit eni' lux eiꝰ
mors tamen maloꝝ potissime debet di
ci defunctio. et hoc ꝓpter tria. Primo
qdē: quia sicut deficiūt in terra. ita ani
hilant penis infernalibꝰ. vnde ps. De
ficiant peccatores a terra: ⁊ iniq ita vt
non sint. talis fuit defectus Herodis: q
post multas miserias languoꝝ: defecit a
conculcatiōe gentium. vnde Ysai: 16.
Finitus est puluis. cōsūmatus est mi-
ser. defecit qui conculcabat terrā. Sȝ
mors iustoꝝ que preciosa dicitur eē in
conspectu domini. iuxta Psalmistam
non est eorum defectus: sed profectus

vnd Aplus ad phili. prio. Mihi viue re crist⁹ est et mori. lucrum esse enim cum cristo multo melius est. qd vbuz pertractans beatus Ambrosius. in de bono mortis sic dicit. lucz est euasisse incremēta peccati · lucz fuigsse deteri ora: ad meliora trāsisse. Et ī eodē dicit q manet aīa post mortē: nec morte pdi tur bonū eius: sed auget. qa nō impedi mēto corpis retardat. sed libere opera tur q̄ sua sunt. Scdo defunct⁹ dicit̄ fm Isi. quasi decorsū existēs a fuctōe vite qd malis hoībus recte cōuenit. qui pri uati officio vite: ad inferiora descendūt de quib⁹ dicit̄ Exo. 16. Descenderūt ī pfunduz quasi lapis. ps. Cōuertantur pctōres in infernū · mors autē iustorū descensus nō est sed ascēsus ad celestia vnde Canti. 8. de aīa iusti dicit̄. Que est ista que ascendit p desertū sicut vir gula fumi. z ideo in tūba beati Grego. sic legit̄ eē scriptū. Suscipe terra tuuz corpus de corpe sūptū. redde qd vales viuificante deo. spirit⁹ astra petit: leti nil iura nocebūt · cui iure alteri⁹ mors magis ipsa vita est. Tercio defunctus dicit̄ fm Papiā. qa vite sit officio de posit⁹. Vere pter hoc cū moriunt̄ ma li hoīes defūcti debēt dici. qa ita priuā tur vite p̄sentis munere · q merito su orū peccatorz eterne mortis dāna cōse cunt̄. vnd Ro. 6. Stipēdia pcti mors z ideo iuxta vulgare dictū: ipsi moriūt̄ aīa z carne. priuant̄ etiā in morte qbus cunqz ptātuz honorib⁹. quoniā siue re ges fuerīt siue milites: aut duces: vl principes: oīa tunc deficiūt. z maiorez quē vnqz sperant h̄re: est honor sepul ture · qui cū h⁹ qd modicū durat̄. ē etiā honor sine vtilitate. vnd legitur Ba ruch. 3. Ubi sunt principes gentiū z qui dominant̄ sup bestias q̄ sunt sup terraz z qui ī auibus celi ludūt · qui argentuz thesaurisant z aurz in quo cōfidūt hoīes z nō est finis acqsitiōis eorz. q argētuz fabricant · z solliciti sūt: nec est inuētio operz illorz. z respondz ppheta qd sit fa ctum de illis dicens. Extermīati sunt z ad inferos descenderūt · z alii in loco il lorz surrexerūt. Sed nō est talis mors iustorz. quoniā ipi nullo viuēdi priuāt̄ officio: quādo p mortē corpis trāsferūt̄ ī terrā viuētiū ad dominū. s. apud quē ē fons vite. d quo dicit ps. Sitiuit aīa mea ad deum fontem viuū: quādo ve niam z appbo ante faciē dei. Item nō priuant̄ scti per mortē honestis officiis vite p̄sentis. quoniā si aliq fuerunt re ges. bene regēdo seipos: regnabunt in celis. vnde Apo. 5. Fecisti nos deo no stro regnū. z regnabim⁹ sup terrā. Itē qui laborauerūt in vita p̄senti sic boni milites xpi. quoz militia est vita hoīs sup terrā. Job. 7°. introducent̄ in cele stem miliciā. de qua Job. 25. Nunqd est numer⁹ militūz eius. vnde. 4. Re gū. 6. dicit̄: Milites z cēturiones intro duxit ad se in templū domini. Itez qui fuerunt principes benigni collocabunt̄ cum principibus celestis curie. vt sede ant cum principibus z soliū glorie tena ant. primo Reg. 2. vnde ps. Princi pes populorz congregati sunt cum deo Abraham. Item qui fuerūt dominato res viciorum dominabuntur populis vt habet̄ ī li. Sap. vnde ps. Domina bunt̄ eorz iusti in matutino. Itē qui fu erūt iusti iudices iudicātes terrena eē p celestibus cōtemnenda. sedebunt su per sedes iudicantes duodecim tribus israhel. vnde Sap. tercio de iustis di citur. iudicabunt nationes. Itē qui fu erunt veri doctores · s · sci p̄dicatores fulgebunt velud splendor firmamenti

⁊ qui ad iusticiam erudiunt plurimos
lucebunt quasi stelle in ppetuas eter-
nitates. vt dicit Daniel. xii. capitulo
Itē qui tpaliū fuerit prudentes dispen
satores: distribuētes ea paupibus: habe
būt eternā iustitiam ⁊ meritū in gloria
exultatū. vnde ps. Dispsit dedit pau-
perib⁹: iustitia eius manet in seculū se
culi. cornu ei⁹ exaltabit ī gloria. itaqꝫ
viri sancti p mortē nō deficiūt: sed psi
ciūt. nō descendūt sed ascēdūt. vite nō
deponunt officiis sed apponunt. ⁊ iō cū
moriunt nō sunt defuncti quēadmoduꝫ
de Herode dr̄ / defuncto Herode / Se
cūdo tangit aduentus angelic⁹ / ecce / q̄
si sine mora Herode mortuo / angelus
domini / ipse est ille angel⁹ qui prīo Jo
seph monuit vt fugeret: nūc monet vt
reuertat. fuit enī missus a deo. vt oēꝫ
viam ppararet ante xp̄m. ⁊ iō admoni
tioni ipsius obediendū erat. vnd Exo.
23. Ecce ego mitto angelū meū qui pce
dat te. ⁊ custodiat in via: ⁊ introducat
ad locū quē parau. obserua euꝫ ⁊ audi
voceꝫ eius / apparuit / itaqꝫ vt eum p
imaginationē videret / in somnis Jo-
seph in egipto / vbi māserat. 7. annis.
nā 30. āno regni Herodis xp̄s in egip
tū fugit. mortu⁹ est Herodes. 37. āno
regni sui. ita q xp̄s erat. 7. annoruꝫ.
Nota q sicut in sōnis admonuit ange-
lus Joseph. vt in egiptū fugeret. ita in
sōnis illi apparuit vt rediret: vt itera
te visiōis modus. vam esse visionem
innueret. Tercio ponit mandatū dīnū
qa nō solū appuit illi angel⁹ vt ab eo co
gnosceret: sꝫ etiā d agēdis circa pueꝝ eū
istruxit. vt potuit sꝫ dicē illud Job. 4
Jmago corā ocul' meis: ⁊ vocē ei⁹ q̄si
aure lenis audiui. Nō q Joseph nō re
duxisset xp̄m d egipto: nisi habuissꝫ re
sponsū angelicū. sic enim dixit angelus
Fuge in egiptū ⁊ esto ibi vsqꝫ dū d caꝫ
tibi. Math. 2. Tardauit autē angelus
multo tpe. qa septē annis. ⁊ iō rogauit
ut iteꝝ veniret angelus. qui eū instru
eret vnde poterat orare illud. Judicū
13. Obsecro domine. vt vir dei quē mi
sisti veniat iteꝝ: ⁊ doceat nos quid face
re debeamus de puero. Deinde ponun
tur tria que illi mandat angelus. Pri
mū est vt relinquat terrā egipti / surge
scꝫ hinc nō tam corpis habitatōe: q̄ eti
am affectu mentis: nō quemadmodum
filii israhel. qui recesserūt d egipto cor
pore. sed non corde. dicentes illud Nu
meri. xi. Quis dabit nobis ad vescen-
dum carnes. recordamur pisciuꝫ quos
cōmedebamus in egipto gratis. in mē
te venīūt nobis cucumeres. ⁊ pepones
porriqꝫ cepe ⁊ allea. Secundū pceptuꝫ
est / et accipe puerum / glo. nō filiū tu
um / ⁊ matrē eius / hec est illa mater de
qua eccl'. 24. Ego mater pulchre dilec
tionis: virginalis. s. mundicie. vnde
dixit. Quomō fiet istud. qa viꝝ nō co
gnosco. ⁊ timoris verecūdie. quia tur
bata ē in smone angelico. ⁊ agnitionis
modeste prudentie. qa cogitabat qual'
esset ista salutatio: ⁊ sancte spei incarna
tionis diuine: cū dixit. Fiat mihi scd̄m
vbuꝫ tuum. Terciū preceptū est ⁊ va
de ī terrā israhel. sed sm glo. nō deter
minat angelus locū. vt iteꝝ reuertat.
⁊ ex frequēti allocutione Joseph redda
tur certior. vel alia rō est. quia nō fuit
missus cristus: nisi ad oues que perie-
rant domus israhel. ideo illuc hortat
angel⁹ Joseph vt reuertatur. No
ta q sicut Moyses admonit⁹ ē vt edu
ceret populū iudeoꝝ de terra egipti in
terram israhel apparente sibi angelo.
ita simili modo admonitus est Joseph
per angeluꝫ. vt pueꝝ Jesum de egipto

ī terrā iſrahel' īduceret. quoniā incipi
ebat iam puer creſcere· vt ꝑeū oſtende
ret deus mirabilia. Luce .1°. Suſce
pit iſrahel pueꝝ ſuū recordatus miſe
ricordie ſue. Quarto ponit̄ cauſa redi
tus // defuncti ſunt enī // citius mortui
ſunt q̄ꝫ poſſent xp̄m occidere· ita ꝙ ſpe
ſua fruſtrati ſūt. vnde Sap̄: 3° .c. Si
celerius defuncti fuerint: nō habebunt
ſpem // q q̄rebant aīam // ·i· vitā // pueri
vt ꝑdēnt. pš. Synagoga potētiū queſi
erunt aīaꝫ meam. ſed in vanū: qa nihil
ꝓfecerūt. vnď pš. Ipſi vero inuanuꝫ
queſierūt animā meā: introibūt in infe
riora terre. qa defuncti ſunt. Nota ꝙ
dei ꝓuidentia dies maloꝝ breuiant̄. vt
fideles ab eoꝝ ꝑſecutionibus liberent̄.
Math .24. Propter electos abbreui
abunt̄ dies illi. ita dies vite Herodis ꝛ
ceteroꝝ querentiū xp̄m ꝑder̄. defecerūt
in vanitate. ꝛ anni eoꝝ cū feſtinatione:
quatenus puer Jeſus ad terrā iſrahel
rediret. Sed querit̄ quō ſcūs euangeli
ſta. dicat illos eē defunctos. qui quere
bant in plurali aīam pueri. cū ſol⁹ He
rodes hunc legat̄ queſiuiſſe. Mat .2°.
Futuꝝ eſt enī vt Herodes querat pu
erū ad ꝑdendū euꝫ. Itē cum ſol⁹ Hero
des legat̄ eē defunctus. quō dicit defun
cti ſunt in plurali. Ad primū dicenduꝫ
ꝙ licꝫ Herodes pricipal'r quereret pu
erū vt ꝑderꝫ. iniq̄ tamē plebs fauebat
regi. vnď Math .2. dicit̄ ꝙ audiēs He
rodes natiuitatē xp̄i· turbatus eſt ꝛ oīs
Hieroſolima cū illo. ꝛ iō fortaſſe mlt̄i
vt placerent regi obſeruabāt ſi ſcirent
aliq̄d de xp̄o vt nūtiarēt ei: vel occide
rent. Qualis enī ē rector ciuitatis. ta
les ꝛ inhītantes in ea. eccl̄' .x. Ad ſcōm
dicendū ꝙ ſolus Herodes qa erat prin
cipalis in ſcō nominat̄. vel qa mors pri
cipum magis notat̄ q̄ꝫ ceteroꝝ. eo autē

mortuo. defūcti ſunt oēs qui querebāt
aīam pueri. vl' qa oēs deſtiterūt ab inq
ſitiōe xp̄i. aut qa ꝟe ita factū eſt de iudi
cio dei· vt oēs q machīati ſunt ī mortē
xp̄i. infra illud tp̄ūs .2. annorū. ſimil' cū
Herode ꝛ ipſi morerent̄. exo· 4. Mor
tui ſunt q querebāt aīam tuam ꝛc̄.

Secūda pars.

Ecundo cum di citur Qui ꝯſur

gens // tangit̄ humanū obſequꝫ. ꝛ duo
facit. Prio ponit̄ quō Joſeph īpleuit
mandatū obſeqoſū. dixerat illi angel⁹
ſurge. ꝛ hic dicit̄ // q cōſurgēs // de terra
egipti: vt ſollicite ꝓberet xp̄o obſequm·
Ro .12. Sollicitudīe nō pigri. ſpū fer
uētes. domino ſeruiētes· ꝛ ideo ī ſolli
citudīe qeſcere nō potuit. vt dicit̄ Hie
remi .49. qn ſtati ad mādatū angelicū
īplendū cōſurgeret. Scďo dixēat ei an
gelus. accipe pueꝝ ꝛ mr̄eꝫ ei⁹ qď ipē ad
īpleuit. qa // accepit // reuerēter // pueꝝ
nō tanq̄ pr̄· ſed velut nutritius diligēs
Exo .2. Accipe pueꝝ iſtū ꝛ nutri mihi
ego dabo tibi mercedē tuā // ꝛ mr̄em ei⁹
velut marit⁹ ꝛ comes obſeqoſus: rōna
bile enī eſt: vt marit⁹ ſit obſeqoſus co
mes vxoris. Ro .12. rōnabile obſequꝫ
vr̄m· Tercio dixerat ei angelus vade
in terrā iſrl'. qď ipſe ad īpleuit. vnď ſub
ditur // ꝛ venit ī terrā iſrahel // Aggei
2°. Veniet deſiderat⁹ cunctis gētibus:
ꝛ iō aduent⁹ eius erat iudeis ſuſcipien
dus cū gaudio. Unde zacharie 2. Gau
de ꝛ letare filia ſyon: qa ecce veīo ego ꝛ
hītabo in medio tui. Nota ꝙ terra iſra
hel aliquādo accipit̄ ꝓ tota terra ꝓmiſ
ſiōis q̄ data ē in ſortem .xii. tribub⁹. ali
quādo accipit̄ ſpēal'r ꝓ terra .x. tribuū
duabus reliq̄s tribub⁹ Jude ꝛ Benia
mim dictis terra Judā· q̄ diuiſio inter

iudeaꝫ ⁊ iſrl'ſcā ſub Reboā ꝓpter pecca ta Salomōis ut habetur .3. Re.12. Cū igiť angelus dixit ad Joſeph vt ducēt puerū in terrā iſrl' generali vocabulo iudeā intellexit. nō enī videbať ſibi talē puerū debere habitare niſi in hierlm que erat ciuitas regal' ⁊ ſacerdotal'. quoniā elegit dñus ſion in hītatōem ſibi. tū quia in regiōe natꝰ fuerat. Michee. v. tu betehlē terra iuda ⁊c. tū etiā qa cōſanguītas xpi ēat ex iudeis: ⁊ iō putabat eū debere manere in regiōe anteceſſoꝝ ſuoꝝ. Sed angl'us ꝑ terrā iſrl' galileā intellexit. Secūdo pōiť timor prohibēs aduētū Joſeph in iudeā ‖ audiens aūt ‖ anteꝗ̄ iudee finibus apllicaret ‖ ꝙ Archelaus regnaret in iudea ꝓ Herod̄ pr̄e ſuo timuit illo ‖ ad uerbiū loci ē. illo gᵒ. i. ī iudeā ‖ ire ‖ vbi putabat pueꝝ debere duci. Timuit Joſeph ire in iudeā ne forte Archelaus audiēs aliqua de xpo ipſum occidere quereret zelo regni. Nā ꝓpter ābitōem regni filii Herodis machīati ſunt in mortē patris: et ipe occidit eos: ⁊ frēs mutuō ſe ꝑſecuti ſūt. ꝑ amplius igiť Archelaus xpm fuiſſet perſecutus: ſi occaſiōe hītatōis in irlm ꝑueniſſet ad notitiā eius: ꝙ ipe eſſet quē pater querebat ꝑdere Nota ꝙ herodes moriēs fecit ſḋꝫ teſtamētū ī quo archelaū regni īſtituit ſucceſſorē: ita tamen vt dyadēa rome ſuſciperet. aliud enī prius fecerat teſtamētū ī quo Herodē antipā regni ſui heredē īſtituerat poſt antipr̄ez: quē pr̄ occiderat. Fultꝰ itaqꝫ Archelaꝰ auctoritate: ſecūdi teſtamēti mortuo patre: īdutꝰ veſte cādida aſcēdit in tēplū ⁊ uariis a plebe ſuſceptis fauoribꝰ ſedit ꝓ tribunali: verbis ꝺ mulcēs poplm: ꝙ in cūctis foret melior pr̄e. ⁊ ꝙ etiā regis nōie vellet tēperare donec per Ceſarē eſſet cōfirmata ſucceſſio: poſt hoc cuꝫ Nicolao ⁊ Ptolomeo ſecretariis patris ſecū deferēs patris teſtamētū: romā ꝓfectus eſt. Philippo frē regni ꝓcuratoř relicto ꝓperauit ⁊ herodes antipas: vt de ſucceſſiōe regni diſceptaret cū frē. Accidit aūt opportūitas vt etiam Philipus illuc accederꝫ intētōe nichilominꝰ vt aliꝗ̄ regni ꝑteꝫ ſi regnū diuideretur a Ceſare ſuſciperet ſcā eſt inter fratres lōga diſceptatō. Archelao aſſerēte ſibi debere regnū. ⁊ etatiſ merito. ⁊ ſḋi teſtamēti uolūtate. Ecōtra dicebat Herodes antipas primū debere teſtamētū valere: qđ pater ſane mētis inſcripſerat: quoniā ſḋm deficiēte uita ſimul ⁊ ſenſu pater inſtituerat. Dicebat aūt cōtra Archelaū ꝙ vmbrā regni rex ꝺtuliſſet ad Ceſarē. cū ipſe corpus rex gerendaꝝ ſibi rapuiſſet. Tandē ex totius ſenatus cōſilio: monarchia herodis in thetrarchias diuiſa eſt cuiꝰ due ꝑtes date fuerūt Archelao. ſ. iudea et ydumea: ꝓmiſſūqꝫ ē ſibi regium nomē ſi rem bene ageret. Herodi aūt antipe ceſſit in ꝑtem regio trāſflumen ⁊ galilea Philippo aūt Yturea ⁊ regio Tracōitidis deſtīata ē. inſoleſcēs aūt Arhelaꝰ nono pꝛīcipatꝰ ſui āno: aduocatꝰ a ceſař Romā venit: ⁊ ꝺpōitꝰ pꝛīcipatu. dānatus exilio Uiennaꝫ cītatē Gallie pelliť. pꝛīcipatu itaqꝫ eiꝰ redacto ī ꝓuīciā: illo ꝓcuratoꝛ Coponiꝰ a ceſař miſſuſ ē. Igiť ſi Joſeph vēit de Egipto āteꝗ̄ Romaꝫ ꝓficiſcēť ꝓ regno obtinēdo: tūc manifeſtum ē q̄re timuit ire ī iudeā. qa Archelaꝰ ante ꝯfirmatōꝫ negocia regni gēbat ita vt ꝑ Herode pr̄e ſuo regnare dicēť ⁊ in hᵒ ſaluať glo. ī hᵒ loco. q̄ dīc Archelaū mōarchiā totiꝰ regni pr̄ni tenuiſſe. lꝫ aūt nō dū eſſet cōfirmatus timenduꝫ tamē erat ipſi Joſeph illuc xpm duceř: quia occidiſſet eū. Nam inſtante aſtioꝝ

die nouē millia hoīuȝ armata manu oc
cidit eo ꝙ pōtificē quē Hero. pretō isti
tuerat ab īmolatōe ꝓhibēnt. ꝛ hoc et á
illi obiecit Herodes antipas corā Cesa
re: vnde nō mirū si occidisset xp̄m. ꝛ iō
Nazareth que erat ī finib⁹ regni ad quā
rex nō accedebat: detulit xp̄m. Si autē
Joseph venit de egipto post diuisiōem
regni: tūc appet clarius quare iuit Na
zareth: quoniam galilea sub potestate
erat Herodis ꝛ nō Archelai. Sed tūc
est dubiū quia etiā debuit timere manē
in Nazareth que erat subiecta Herodi
antipe. Et dicēdū ꝙ Herodes nō erat
adeo ferox vt Archelaus. vel melius
est dicēdū quia oppinio erat ꝙ solum in
iudea xp̄s futur⁹ esset rex: vnō dixerūt
magi vbi est qui natus est rex iudeoꝝ:
ꝛ qꝛ galilea cui preerat Herodes erat
diuisa a iudea: ideo nō timebat Joseph
ꝙ herodes aliqđ mali cogitarꝫ ī pueꝝ.

Secūda pars.

Tercio cum dicitur Et admonitus in somnis / tangit floridū xp̄i habitaculū. vbi tria tangūtur. primū ē somnialis admonitō. Et admonitus in somnis. in quo somno mutatū fuit ꝙ credebat xp̄m debere duci in terraꝫ iuda: eccle. 4°. somnus noctis īmutat sciētiā eius. Nota ꝙ oīs instructō scā Joseph per angelū in somnis visa est. q̄tuor enī instruxit eū angelus ꝛ semꝑ in somnis. primo enī eū hortat⁹ est ad cōiugiū. Noli timere accipere Mariā cōiugē tuā. Secūdo istruxit de fuga. surge ꝛ accipe puerū ꝛ mr̄em eius ꝛ vade in terraꝫ egipti. Tercio precepit de reditu. accipe puerū ꝛ mr̄em eius ꝛ vađ ī trā isrl̄. Quarto admōuit đ hītatōe sicut hic. Iste aūt visiones semꝑ in somnis facte sūt ꝑ sōmnia. Et hoc forte qnqꝫ ex cāis. primo rōe ipsius qui nō reuelat se nec īstruit quēquā nisi aīa eius sit aliquo mō eleuata a sensibilibus in somnis aūt quiescēte anima magis est disposit⁹ hō vt reuelatōꝫ suscipiat angelicam zach. 4. reuersus angel⁹ suscitauit me quasi virū qui suscitatur de sōno suo. Secūda cā vt talib⁹ reuelatōib⁹ fides adhiberetur: in vigilia enī pōt quilibꝫ homo fingere aliud q̄ꝫ sit: sed appitō sōnioꝝ nō est hūanū sed sup naturale op⁹. vnde etiā dicūt phi. ꝙ sōnia vera prouenīūt a cā supiori propter maximā sollicitudinē circa hōiē. Tertia est quia dōa ḡtis lꝫ dōinus distribuat vnicuiqꝫ pro vt vult: tamē ꝑm ꝙ aliqui sūt magis ad vnā grām dispositi. magis dat illaꝫ grām. dispositō aūt maxima ad vitatē sōnioꝝ est castitas: sicut quia Joseph ꝛ Daniel a cōtinētia ꝯmēdāt: grāꝫ habuerūt sōnioꝝ. Iste aūt Joseph a pudicitia eo ꝙ fuit virgo. vnde ad visionē somnioꝝ maxime dispositus erat. Quārta cā quōꝫ đ hīs sōniat hō q° ꝑ hꝫ ī uigilia sollicitudinē. eccle. 4° mltas curas secuntur somnia. Joseph aūt curā ꝛ sollicitudinē maximā circa xp̄ꝫ habuit. Quinta cā ꝑm glo. quia nō erat pr̄ xp̄i nisi putatiu⁹ Luc. tertō. vt putaret̄ filius Joseph. iō in somnis appebat illi angelus. que enī ī somnis fiunt sūt ꝑm oppiniōꝫ: quia vo beata virgo va mater fuit: iō sibi angelus non in somnis. sed in vigilia apparuit. Secundo pōit vtil' recessio / secess. t / i. seorsuꝫ cess. t ab impetu Archelai / in partes galilie / ut inde incipet xp̄us opari miracula ꝛ liberare humanum genus: ꝛ eligere aplos primo machabeoruꝫ. 5°. Elige tibi viros: ꝛ vade ꝛ libera fr̄es tuos ī galilea. Nō ꝙ galileā elegit xp̄us suā hītatōeꝫ.

ce: qui a te laudat̄· ⁊ noli trepidare· cū
patit̄· quia ille sanguis fundit̄: ꝑ quem
tuum delictū deleat̄· ⁊ vita redimat̄.
Uel aliter ſm Criso. Consueuerūt ho
mines timere reges venientes ꝓpter no
uitates belloꝝ ⁊ exactiones ⁊ seruitu-
tes· atq̄ īiusta grauamina. sed noli ti-
mere Hierusalē· quia iste rex veniēs
nō ē talis· sed mā suetus ⁊ humilis· nō
in multitudine exercitus ⁊ equoꝝ īgre
diens· sed cum humili turba asinū se-
dens. Unde sex ꝯditiōes tangit istius
regis venientis. Ecce q̄a adest ī p̄senti
Ysa. 52. Ego ipse qui loq̄bar· ecce ad-
sum. adest eīm visibilis oculis. Jo. 1°
vidimus gloriā eius· gloriā quasi uni
geniti a patre· plenū gratie ⁊ veritatis
Adest sermo audibilis aurib⁹. Heb. 1°
Olim deus loquēs patribus ī ꝓphetis
nouissime diebus istis locutus ē nobis
in filio. Adest t̄tio tractabil' manibus.
prima. Jo. p̄mo. Manus nr̄e ꝯtrecta-
uerunt de verbo vite. Adest quarto
ꝯuersabilis hominib⁹ Baruch. 3. post
hoc in terris visus e· ⁊ cum hominib⁹
conuersatus ē. Si igitur ita adest: vt
etiā demonstret̄ presens· nō ē ampli⁹
expectādus. Job. 8. expectet lucem: ⁊
nō videat. nec ortū sue gentis auroꝛe.
Secūdo tangit regalē dignitatē / rex /
p̄s. Attollite portas principes vr̄as: ⁊
eleuamini porte eternales· ⁊ introibit
rex glorie. Quis ē iste rex glorie· do-
minus virtutū ipse ē rex glorie. iste ē
rex pacis ⁊ veritatis. Ezechi. 37. rex
vnus erit omnibus īparans· ⁊ nō erūt
ultra due gentes· nec diuident̄ ampli⁹
in duo regna· ipse eīm ē lapis cōstitut⁹
in capite anguli· qui coniūxit in se duos
parietes ꝓplorum· ⁊ fecit vtraq̄ vnū.
Item ipse ē rex toti⁹ potestatis. Hest.
13. Rex deoꝝ tu es· ⁊ vniuerse domine
potestatis. Item ē rex sapiētie ⁊ veri-
tatis. Hie. 23. Regnabit rex ⁊ sapiens
erit. Itē ē rex clemētie ⁊ pietatis. Job
29. Cum sederē q̄si rex circūstāte exer
citu· erā tamē mentiū cōsolatoꝛ. si igit̄
talis rex ē· sequit̄ q̄ sit honorādus. 1.
Thimo. 1. Regi seculoꝝ īmortali ⁊ ī
uisibili soli deo honoꝛ ⁊ gl'ia ī secula se-
culoꝝ amen. Tertio ostēdit regis ꝓ
pinquitatē / tuus / . q. d. Ecce iste ē rex
nō alienigena sicut herodes· s₃ tu⁹· hoc
ē ex te ſm carnē natus· ⁊ tibi ꝓpinqu⁹
Gene. 37. caro eīm ⁊ frater nr̄ ē. Deu.
17. nō poteris alteri⁹ gentis hominem
regē facere· qui nō sit frater tuus. Si
igit̄ iste rex ꝓpinquus ⁊ frater ē· seq̄t
q̄ sit recipiēdus. Sed tamē iudei hunc
suum regē spreuerūt. Gen. 37. Nūq̄d
rex nr̄ eris· aut subiiciemur ditiōi tue
q̄si dicāt nullo mō hoc erit. Itē hūc re-
gem negauerūt. Jo. 19. nō habemus re
gem nisi cesarē. Itē hūc regē abiecerūt
1°. Re. 8. Abiecerūt me: ne regnē sup
eos. Itē hunc suū regē tandē occiderūt
Jo. 19. Cum dixisset Pilat⁹ eis. Ec-
ce rex vr̄. clamauerūt· tolle tolle: cru
cifige eū. Quarto tangit̄ regis aduē-
tus / venit tibi / nō quidē venit vt sus
citet bella ⁊ seditiones· ⁊ vt exactiōes
īponat vel affligat. s₃ vt dicit Criso.
venit tibi. i. ad vtilitatē tuā· si credi-
deris· ⁊ iō amādus ē. si vō nō credide-
ris: venit ad tuā condemnationē. vnd̄
metuēdus ē. Hier. 10. Quis nō time-
bit te o rex gentiū. Ad tres aūt vtili-
tates venit xp̄s operādas. s. vt dyabo
lum a principatu mūdi eiiceret. Jo. 12

nūc pnceps huius mūdi eiicietur foras
Item vt regnū peccati destrueret. Jo.
pmo. Ecce agnus dei. ecce q tollit pec
cata mūdi. Item vt celeste regnū pce
deret Luc.12. Cōplacuit patri vrō da
re vobis regnū. Sed qr iudei regem
xpm nō receperūt per fidē. ideo ecōtra
regnū dyaboli manet sup eos. Ipsi eim
sūt quos inhabitat spūs imūdus. assūp
tis secum. z. aliis spiritib9 nequiorib9
se. sic eīm ɔtigit generatōi illi pessime
vt dicit Mat.12. Item manet i eis reg
num peccati Jo.8. dixi vobis. qr mo
riemini i peccatis vrīs. si nō credide
ritis: qr ego sum. Item celeste regnū
ē eis ablatū Mat.21. auferet a vobis
regnū dei. z dabit genti faciēti fructus
ei9 Quīto tāgit isti9 regis māsuetu
do // mansuet9 //. q. d. nō venit iste rex
cū ipetu. aut cū furia. vel violētia. sz
cuz mansuetudie z trāquillitate. Fuit
aūt xps māsuet9 ad vba iprop[er]ioz. qr
cū malediceret. nō male dicebat. Ysa.
53. sicut agnus coram tondēte se obmu
tuit. z nō aperuit os suum. Item fuit
māsuetus ad vbera. quia cum pateret
nō cominabat. Ysa.50. corpus meū de
di percutiētibus. z genas meas vellen
tibus. faciē meā nō auerti ab increpāti
bus z ɔspuētibus me. Itē fuit māsue
tus vsqz ad morte. qr tradebat iudicā
ri se iniuste. Hier.11. Ego qsi agnus mā
suetus q portat ad victimā. Et qr sic
māsuetus ē iste rex. iō nō ē metuēdus.
sed vt dicit hebre.4. adeamus cū fidu
cia ad tronū glie ei9: vt misericordiaz
ɔsequamur. z grām ineniam9 i auxi
lio oportuno. Sexto tangit regis hu
militas // sedens sup asinam // Criso. nō
sedet iquit i curru aureo pciosa purpu
ra fulgēs. nec ascēdit sup feruidū equū
discordie amatorē z litis. sed sup asinā
trāquillitatis z pacis amicā. sedit etiā
dominus sup pullū asine. vnde subdit z
sedēs // super pullū filiū subiugalis // .i.
super pullū filiū asine. quod eīm ē asi
nus i latino. hoc ē subiugale i greco. z
qr sic humiliter itroiuit xps ciuitatem
suā regalē. sequit q ei null9 debuisset
resistē. qr humilitas oīa vincit. Sed
dubiū ē hic fm Hiero. qr videt q do
minus sup vtrūqz aīal i tam puo spa
cio sedē nō potuerit. Et soluit Remi.
q sup vtrūqz aīal sedit. Primo sup
asinā. postea super pullū. ad significā
dum q pma synagoga iudeoz fuit dei
sedes. que p asinā intelligit. gentiū ue
ro ppls q significat i pullo asine: postea
fuit sedes dei. vel pōt dici: q pmo do
min9 sedit sup pullū. qui cū eēt idomi
tus: cepit recalcitrare. z sic domin9 des
cendit z ascēdit asinā. qd totū pertinet
ad misteriū. qr i fine mūdi recalcitran
tibus his. qui ex gentib9 crediderūt. et
relinquētibus deū factorē suum intra
bit isrl: z saluus erit. Itē videt eē dis
sonantia iter Mat. z ceteros euange
listas. qr ipse facit mentionē de asina z
pullo eius. alii vero tres nullā faciunt
mentionē de asina sed de pullo tantuz:
Et dicendū q iter euāgelistas nulla ē
ɔtradictio. sed aliquādo iter eos omis
sio repitur z supplementū. quia aliquā
do vnus vel plures omittūt: qd dictū
ē ab vno vel plurib9. aliquādo vero
supplet: z ideo qd dixerat Mat. de asi
na: ceteri omiserūt. cuius omissionis
cām assignat beatus Aug. qr Mate9
scripsit euangeliū iudeis z i lingua he
brea. ceteri aūt scripserūt grecis i lin
gua greca. nūc autē ita ē: q i trāslatio
ne greca. 70. interpretum nō fit mētio
i zacharia pheta de asina. sed de pullo
tantū. In hebraica aūt vitate vtrūqz

exprimit ꝓpheta. ⁊ iõ Mat. asinā ⁊ pullum adduxit. illi vo pullū tantū. sic.n. scriptū ē ī hebreo. Exulta satis fil a syon: iubila filia Hierusalē. ecce rex tu⁹ venit tibi iust⁹ ⁊ saluator. ipse paup et ascendēs sup asinā: ⁊ sup pullū filiū asine. Dicit autē. exulta filia syon ꝓpter ppl'm iudaicū: q̄ p Hierusalē intelligit: que ē filia syon: vt dictū ē. Jubila filia Hierusalē. p qđ ītelligit gentilis ppl's q fuit spūalis filius iudeoꝝ generatus p legē ⁊ sacramēta ab aplis: q̄ fuerunt ex iudeis. prima co. 4. In xp̄o hiesu p euangeliū ego vos genui. ecce rex tu⁹ venit tibi: qa venit rex tam iudeis q̄ȝ gentib⁹ ⁊ ꝓpter hoc ī titulo crucis scriptum fuit l'ris grecis: hebraicis: ⁊ latīs hiesus nazaren⁹ rex iudeoꝝ. Just⁹ in iudicio. qa cū potuisset per potentiā ꝯ dyabolū dimicare. voluit eū sola iusticia supare. Ysa .xi. Erit iusticia cingulum lumboꝝ ei⁹. ⁊ Hiere. 33. faciet iudiciū ⁊ iusticiā in terra. ⁊ saluabit a seruitute peccati. Mat. prīo. ipse saluuȝ faciet ppl'm suū a peccatis eoꝝ. ip̄e pauper. 2. co. 8. Scitis grām domini nr̄i hiesu xp̄i. quoniā ꝓpter nos egen⁹ factus ē. cuȝ eēt diues: vt illi⁹ īopia nos diuites eēmus. ⁊ ascendēs sup asinā p quā synagoga ītelligit. vnde ad illud referēdū ē. exulta satis filia syon. ⁊ sup pullū. i. sup gentilē pp'm. filiū asine. i. synagoge. ⁊ iõ ad illud referēdū ē. iubila filia Hierusalē ps̄. iubilate deo ⁊c̄.

Tertia pars.

Tertiocum dicitur Euntes aūt

discipuli. Tangitur turbe obsequū xp̄m honorātis. ⁊ tāgunt q̄tuor quib⁹ honoris obsequū xp̄o fuit ī pen̄su. Prīo eīm ostēdit quō apl̄i missi impleuerunt xp̄i mandatū Euntes aūt discicipuli fecerunt sicut p̄cep: t ill' hiesus Tit⁹. discipuli ingt iussi ducē pullū nō refutauerūt hoc officiū vt puū aut despectū. sed hūiliter obedierūt. In Marco scriptū ē. q īuenerūt pullū ligatū ante ianuaȝ foris ī biuio. ⁊ soluētib⁹ illis pullū vt dicit Luc. dixit domin⁹ ei⁹ ad illos. qd soluitis pullū. at illi dixerūt. q: domi⁹ eū necessariū hȝ. ⁊ statim ſm Mar. dimiserūt eis pullū. q: vt dic t Tit⁹ statim obmutuerūt nō potētes resistē saluatoris eloquiis. manifestatū eīm est nomē domini. Rex naq̄ȝ ventur⁹ erat ī ꝯspectu multitudīs. ps̄. tu terribilis es. ⁊ qs resistet tibi ⁊ adduxerūt asinaȝ ⁊ pullū Theophil⁹. nō pmitterēt ingt aliā ducē: nisi diuina v̄tus eis īcūberet cogēs illos. p̄sertiȝ q: rurales ⁊ coloni erāt. Dei de ostēdit q̄ntā honoris reuerētiā oēs apl̄i generalit̄ xp̄o ꝯtulerūt ⁊ īposuerūt sup eū. i. super pullū vestimēta sua vestimēta īposuerūt loco selle. ne lederet̄ domin⁹ si eqtaret asinū. Attēde q lȝ Mat. dicat asinā ⁊ pullū adducta eē dn̄o. uidētamē di. ē: q solū pullū ascēderit ⁊ eū desup sedē fecerūt Criso. nō ingt domin⁹ ex necessitate a mōte oliueti vsq̄ȝ Hierl'ȝ sup pullū ire voluit. cum oēm iudeā ⁊ galileā pedes pambulauerit. sȝ signuȝ erat qđ fiebat. significabat eīȝ q p mortē suā honor regis sibi ꝯueniebat. cui⁹ regnū futuꝝ erat eccl'ia. Interroga igitur iudeos: quādo aliqs rex sup asinaȝ ī Hierusalē delat⁹ ē. sȝ nō vtiq̄ȝ aliūq̄ȝ īueniēt. Considera q̄ȝta fuerit reuerētia aploꝝ ad xp̄m. q: cū nimia familiaritas ꝯsueuerit parere ꝯtēptū. isti tamen q̄ȝto magis familiares: tāto erant xp̄o magis reuerētes. Cōsidēa etiā cū q̄ȝta mā.uetudine ⁊ hūilitate rex regum ⁊

dominus dominantium· nō coactus necessi-tate· aut ductus īani glīa sup pullum asine Hierusalē īgrediebat. Secūdo ostēdit qliter turba eū honorauerit de uote // plurima aūt turba strauerūt ve-stimēta sua in via // ista fuit ista z ūi aplī qui posuerunt uestimēta sup pullum z alii multi de comitātibus strauerūt au-tem vestimēta pedibus asini: ne offēdēt ad lapidē: ne calcaret spinas· z ne labe-retur ī foueā. Cōsidera ī q̄ta opiniōe sanctitatis erat xps apud istā turbā· q̄ ita exhibebat illi būilissima obseqa· q̄ nusq̄ alteri reperiūtur impēsa. Ter-tiū obsequiū fuit pertinēs ad ornatū vt dicit Hiero. // Alii aūt cedebāt ramos de arboribus // de arboribus. s. fructiferis quibus mons oliueti ɔsitus erat // z sterne-bant ī via // qđ erat alacritatis signū et gaudii. Et nō put legit in Jo. q̄ nō so-lum p̄ciderūt ramos de arboribus z stra-uerūt ī via· sz etiā audiētes aduentuz xpi acceperūt ramos palmarū· z pces-serūt obuiā domino cū exultatiōe· tota igit ista pcessio erat exultatiōis z gau-dii in q̄ xps sic māsuete Hierusalē acce-debat· turba strauerat vestimenta in via. alii ramos palmaꝝ z oliuaꝝ atq̄ flores ī via sternebāt· ceteri vo cū flo-ribus z palmis pcedebāt redēptori ob-uiam· z pter hoc ī signū huius exulta-tionis hodierna die eccl'a portat crucez discoopta ī pcessione. Quarto oēs generaliter honorarūt xp̄m laude vo-cis z cantici. ps. Laudabo nomē dei cū cantico· z magnificabo eū ī laude. cum eīm descēdisset xps montē oliueti· au-ditum ē Hierosolimis de aduētu eius z tūc plurima turba q̄ ɔuenerat ad diui-num festū· pcessit ei obuiā: cū floribus z palmis· q2 audierāt miraculū qđ fece-rat de resuscitatiōe Lazari· z oēs siml' obuiātes. s. z comitātes· ceperūt lau-dare xp̄m. vnde dicit // turbe aūt que p̄-cedebant z que sequebātur // erat enim xps medius precedentiū z sequentium // clamabāt // voce iocunda z alacri // di-centes osanna filio dauid // Osanna vt dicit Hiero. verbum hebreū est cōpo-situm ex corrupto z ītegro. osi eīm idē est qđ salua· anna vo ē hebraica īteriec-tio obsecrātis· queadmodū pape est in latino īteriectio admirātis. vnđ anna nō significat rem aliquā· sed affectū. q̄ igit dicit osanna in ebraico· dicit salua cū aliquo mō vocis significāte obsecrā-tis affectū· z iō osanna idem est q̄ salua obsecro· z patz q̄ ē dictio cōposita: vt dicit Remigius ex corrupto z ītegro· cum deberet pferri osi anna p sincopaz dicit osanna. pōt autem dupliciter con-strui· quia ista dictio filio pōt esse vna vel due ptes· vno mō sic turbe clama-bant dicētes filio dauid osanna. i. salua obsecro. vel aliter turbe clamabāt di-cētes· o fili dauid osanna. i. obsecro sal-ua· z postea ɔuertebāt adinuicē s̄mo-nem dicentes // benedictus qui venit in nomīe domini // In Jo. scriptū ē. Bene-dictus rex Isrl' q venit in noīe domini. vnde pz q̄ ista laus sumpta ē d psalmo cētesimo septio decio vbi sic dicit. o do-mine saluū me fac· qđ ī hebreo idē ē qđ anna adonay osāna· o domine bene ps-perare. benedictus q ventur9 es ī nomīe domini· z ē sensus s̄m glo. benedictus. i. gliosus sit q veit p carnis assūptionē in noīe domi. i. tāq̄ dūs. ps. domi9 nomē ē illi. Itē cognoscāt q̄ nomē tibi dūs· tu solus altissimus sup oēz terrā· vel in noīe dei pris. Jo. 5. ego vēi ī noīe pris mei. Itē s̄m q̄ dicit ī Mar. Adhuc ibe adiūxerūt hā laudē. bñdictū qđ ueit re-gnū pris nri Da. q̄si dicēnt· bñdictū sit

regnū pris nri David. qd cōstitutū ē nūc ī aduētu xpi. vnde angel9 ad virginē de xpo. dabit ei dñs sedē David pris ei9. z regnabit ī domo iacob ī eternū. z regni ei9 nō erit finis. Itē ſm q legit ī Luca. tertiā addiderūt laudē dicentes. pax ī celo z glia ī excelsis. q. dicant. facta ē pax ī celo hoīs ad deū. vnde sit deo glia ī excelsis. z ſm Bedam satis istud cāticū cantatū xpo eunti ad passionē ꝯsonat illi. qd cantauerūt angeli nascēte eo. glia ī excelsis deo. z iterū ꝯuertētes vba ad xpum dicebāt. osanna. i. salua obsecro ī altissimis. q̄si dicāt. nō q̄rim9 salutē terrenā: ſʒ celestem. q2 p xpm toti9 mūdi sal9 aduenit ī celis vʒ z ī terris. Attēde ī his oībus q̄tus fuerit honor. q̄ʒ p̄clara glia xpi veniētis. Alii nanq3 vestimēta in via ꝓsternūt. alii frondes cedūt de arborib9: z ꝓiciūt ī via. alii ꝓcedunt ei obuiam cū florib9. quidā cū palmis. qdam vo cum ramis oliuaꝝ. z oēs simt z obuiātes et comitātes vocib9 ꝓsonabāt decantādo regi celoꝝ. Sed cū tot9 ꝓplus exultaret: audiam9 q̄liter se habuerint emuli xpi. z qd ipse xps egerit. In Luca scriptū ē. q dū vniuersa turba laudes saluatori ꝓsonaret: pharisei īdignati dixerūt xpo. magr increpa discipulos tuos. Quib9 ipse ait. dico vobis: q2 si hii tacuerint: lapides clamabunt. q2 vt dicit Beda. ī passione domini tacētib9 discipulis domini p̄ tiore petre scisse sūt. z monumēta apta sūt. Sʒ nūc attēdam9 q̄liter se habuēit xps in tāta glia. Cum eīm duceret ad ciuitatē Hierusalē. vidēs ciuitatem cepit flere: ꝯsiderās euersionē ipsi9. Sciebat eīm q hii q cuʒ glia eum recipiebāt: in ꝓximo debebāt eū occidē. ꝓpter cuius mortē ciuitas ipsa erat subuertēda. et cūcti iudei dispergēdi. Ecce igit qualis ꝯuentio. alii exultabāt. sed tristabatur xpus. illi cantabāt. ipse plangebat. illi flores z ramos palmaꝝ atq3 oliuarum referebāt. sed ipse lacrimas effundebat ꝓpter quod hodierna die gaudio ꝓcessionis subsequit officium passionis domini. Decantemus ergo z nos osanna filio dauid. benedict9 qui venit in noīe domini rex Isrl. vt saluet nos ī altissimis. qd ipse prestar dignet. q uiuit zc.

Dominica resurrectionis domini.

Introductio

Maria magdalene et mari

a iacobi z salōe emerūt arōata zc. Mar. 16. b° idem legitur Mat. 28. zc. Annūciauit angel9 primitus resurrectionē dominicam. ex quo satis innuitur q illuʒ oportet eē ꝑfectionis angelice: qui digne uult saluatoris resurrectionē annūciare. vnde ad hoc opus me sufficē nō posse video. sed tamē vires quas ipe ritia denegat z fragilitas: non dubito quin vestra caritas mīstrabit. dat etiā vt dicit Ber. loquēdi ausum resurrectionis dominice tanta solēnitas. quia ī dignū valde ē vt eo d. e laudes debitas taceat līgua carnis. quo vʒ die caro resurrexit auctoris. Vt igit aliqd dignū ad laudē resurgētis predicare possim9 vginis mris piū suffragiū iploremus. dicētes. aue resurgētis mr. vgo plēa gra zc. Prima pars.

Maria Magdalene z Maria Ia

cobi z salōe zc. Licʒ magna sit leticia rem desideratam inuenire: maxime tamē cumulatur leticia. quādo īuenit

res melior q̄ē desiderata. ecce igitur q̄zte sit leticie p̄sens dies. d' quo ait. ps. hec ē dies quā fecit domin⁹: exultemus et letemur i ea. qa cū sācte mulieres desiderarēt īuenire corp⁹ xpi mortuū vt illud vngerēt. mlto meli⁹ īuenerūt q̄z sperarūt. qa annūciāte angelo īuenerunt eū resurrexisse a mortuis. et cūcta illata xpo in passiōe: mutata sūt ī glām resurgētis. vnde Aug. in s'mone resurrectiōis dicit. post illusiōes et verbera. post aceti et fell' pocula. post supplicia crucis et uulnera. postremo post ipsam mortē et īfera. surrexit de suo funē caro noua. redit ab occidio latēs vita. et de morte salus reꝑuata resurgit. pulchrior redita post fun⁹. De ista autē sanctaꝝ mulieꝝ inq̄sitiōe et annūciatiōe resurrectiōis agit̄ in p̄senti euāgelio. ī quo tria tāgunt̄. Primū ē deuotū desideriū ad dilectionē īflammās. Secundum ē euidēs signū resurrectionē insinuās ibi. Et respiciētes viderūt. Tertiū ē colloquiū angelicū ipsaꝝ resurrectionē affirmās. ibi. Qui dixit illis. In prima p̄te tangit̄ quō sācte ille muliēs venerūt ad monumētū desiderātes ungere corp⁹ domini: quaꝝ desideriū ex magno ꝓcessit amore. Et earuꝫ amor tripliciter cōmēdat̄. Prio ab obseq̄o deuotiōis: nā vt dicit Gre. ꝓbatio dilectiōis exhibitio ē op'is. iste vo mulieres tantū amauerūt xp̄m. q̄ etiaꝫ ipsi mortuo desiderabāt īpendē seruitutis obsequiū. vnde dicit Maria magdalene Ista ceteris p̄mittit̄ q̄si ductrix aliarū: q̄r feruēti⁹ amabat: diligētius inq̄rebat. et ceteras socias ad hoc īcitabat: et Maria supple mr̄ Jacobi minoris q̄ fuit cognomīatus fr̄ domini alibi appellat Mar. istā Mariā. Mariā Joseph. qa reuera ipsa fuit mr̄ Jacobi minoris et Joseph Justi. atq̄ꝫ Symonis et Jude. cuius marit⁹ fuit Alphe⁹ p̄r̄ vo Cleophas et Maria supple Salome. denominatur ista Maria a p̄re suo vocato Salome. ista ex marito zebedeo duos genuit filios. Jacobū maiorē et Johēꝫ. euāgelistā. vnd' iste due Marie fuerūt matertere xpi. sorores vꝫ beate v'gīs. Hic querit̄ de nūero istaꝝ mulieꝝ: an fuerūt plures vl' pauciores. Et dicendū q̄ s'm rei veritateꝫ plures fuerūt q̄z tres. nā Luc. dicit q̄ cū eis etiā erat Johanna vxor Cuse ꝓcuratoris Herodis: que xpo crediderat. et alie q̄ cum hiesu de Galilea venerant mīstrātes xpo. Sꝫ tamē Mar. aliis tacitis. solas tres nomīat. q̄r iste sicut cōueniebāt in noīe. et differebant ab aliis: ita singularē deuotionē habebant ad xp̄m preter alias. Mat. autem solū nominat duas. s. Mariā magdalenam et alterā Mariā. hec ē mater Jacobi. sed licꝫ istas solum nomīet: nō tamen negat alias ibi fuisse. sed Jo. dicit q̄ Maria magdalena venit ad monumentuꝫ. aliis omnibus tacitis: quia ut dicit Aug. licet ipsa sola nō venerit; tamen ꝓpter feruentē amorē eam solam Jo. nomīauit. et hec ē etiā causa quare euāgeliste licꝫ quasdā taceāt: oēs tamē de ea faciūt mentionē. Sed queritur de beata virgine: quare nō se sociauit istis mulierib⁹ ad vnguendū corpus filii. Et dici pōt q̄ iam cōstabat ei d' resurrectiōe filii. credendū eīm est q̄ resurgens xp̄s statim et primitus illi apparuerit. licet scriptura hoc taceat. q̄d ideo tacuit: qa mr̄is testimoniū d' filio nō cōsueuit audiri. et iō nō sociauit se q̄rentib⁹ mortuū. q̄ iam sciebat eū viuē. Seduli⁹ tamē uidet̄ sētir̄ q̄ beata v'go cū istis mlrib⁹ venerit ad monumētū

sic dicēs. Uirgo parēs. alie qꝫ sil' cū mu
nere m fes. messis aromatice notū uenē
gemētes. ad tumulū. vacuū qꝫ vident
iā corpe factū. sꝫ plenū vtute locum ‖
Emerūt aromata ‖ mos erat iudeorū
defunctoꝝ corpa cōdire aromatib⁹: vt
diu absqꝫ corruptiōe ꝯſuarētur. Sed
videt repugnātia īter Mar. ꝛ Luc. qr
dicit Luc. ꝙ ī ipso die pasceue pauerūt
vnguēta. ꝛ sabbato iuxta legis mādatū
nolueꝛūt occupari ī vnctiōe corpis
xpi. sꝫ trāsacto sabbato aromata prius
pata detulerūt ad monumētū. hic vō
dicit Mar. ꝙ trāsacto sabbato emerūt
aromata. Et dicēdū secūdum Bedā ꝙ
vtrūqꝫ verū ē. nā qa aromata pata in
pasceue nō sufficiebāt. iō trāsacto sabbato
anteqꝫ uenirēt ad monumētū. alia
aromata emerūt ꝛ addiderūt priorib⁹.
vel posset dici ꝙ Mat. dicit hic repetēdo.
vt sit sens⁹. emerūt aromata. ꝑus
ꝛ cū trāsisset sabbatū cum aromatibus
emptis venerūt vt vngerēt corp⁹ xpi
‖ vt veniētes vngerēt ihesū ‖ sic enim
dilexerūt vitā ei⁹. ꝙ ēt remedia adhibebant:
vt corp⁹ mortuū absqꝫ putrefactiōe
ꝯseruaret illesuꝫ. Sꝫ ꝯsiderādus
ē feruēs amor ꝛ deuotio istaꝝ mulierū
ī trib⁹. prīo quidē qa vt dicit in
Jo. 19. Joseph ab arimathia ꝛ Nicodemus
sepelierāt corp⁹ ihesu. ꝛ ꝯdierant
illud aromatib⁹. vnde dicit ꝙ Nico.
attulit mixturā mirre ꝛ aloes: q̄si libras
cētū. ꝛ sepeliuit corp⁹ domī. Superfluū
igit erat: ꝙ iste mulieres vellent
vngē corp⁹ domini. Et dicendū ꝙ
ista ē ꝯditio veri amātis: vt magis eligat
ipse ꝓpriū obsequiū rei amate īpendere:
q̄ꝫ vt ali⁹ impēdat. vis igit amoris
agebat ī sāctis istis mulierib⁹: vt
vellēt tangē ꝛ ungē corp⁹ xpi. q̄ꝫqꝫ iaꝫ
aromatib⁹ ꝯditū. qr q̄cquid actuꝫ erat
ab aliis sine eis. min⁹ coꝝ eāt eis. Jteꝫ
secūdo attende eaꝝ amorē. naturaliter
eīm horribile ē videre mortuū: ꝛ ptractare
illud in monumēto: ꝛ maxime in
nocte: ita ꝙ etiā mat timeat filiū mortuum.
sed amor in istis mulierib⁹ vincebat
fragilitatē nature. qa nō soluꝫ nō
timebāt: verū etiam desiderabāt videre
corp⁹ xpi: tangē: ꝛ vngere. tantuꝫ
eīm eum dilexerāt viuū. ꝙ nō credebant
posse timere de mortuo. Jteꝫ tertio
nō retraxit eas suspicio fetoris corporis
mortui: quia sic fuerūt delectate
in amore viuentis: ꝙ nullū fastidiū fetoris
credebāt posse ꝑcipere a mortuo
Secūdo commendat amor istaꝝ mulierū
a sollicitudīe veniēdi. sic eīm fuerunt
sollicite: ꝙ nō expectauerūt plene
diē ‖ Et valde mane ‖ vē valde mane
erat. qa vt dicit in. Jo. venerūt ita
mane: ꝙ adhuc tenebre erāt. Jn Luca
autē scriptū ē. valde diluculo venerūt
ad monumētū. Est autem diluculum
illa claritas que media ē īter noctis tenebras
ꝛ diei claritatē. que claritas ut
dicit Aug. nomine aurore solet appellari
‖ vna sabbatoꝝ ‖ .i. prima die post
sabbatū. vel prima die sabbatorum. i.
prima die septimane. ꝛ vtroqꝫ mō significatur
dies hodiern⁹ ‖ veniūt ad monumētum
‖ qđ erat extra ciuitatē edificatum
ī orto ‖ Orto iam sole ‖ Si valde
mane erat: vt dicit ipse Mar. ita ut
adhuc eēnt tenebre: vt dicit. Jo. non
videt ꝙ venerit orto iam sole. Et pōt
dici ꝑm Augustinū ꝙ valde mane venerunt
cum adhuc tenebre essent. nihilominus
orto iam sole. i. cum celum ab
oriente iam albesceret: qđ quia non fit
nisi in vicinitate solis orientis. ideo sic
dicunt venisse valde mane cum adhuc
essent alique tenebraꝝ nocturnaꝝ

relige: q etiā || orto iaz sole || quā horā Lucas expressi⁹ noīauit diluculū in q° ē claritas cū aliqua pte tenebrarꝫ: vel pōt dici q valde mane cū adhuc tenebre eēnt: ceperūt venire ad monumētū || sꝫ orto iam sole || fuerūt ad monumentum. in qbus oībus feruens earꝫ amor exprimit. cū .n. īdecēs sit mulieri egredi foras valde mane. īpet⁹ tamē ꝛ uis amoris postposuit oēm q videbat īdecentiā. Querit de hora aduēt⁹ mulierū ad monumentū: q2 lꝫ satis cōcorditer dicāt Mar. Luc. ꝛ. Jo. eas venisse diluculo ī aurora. Mat. tamē ab oībus dissentire videt: q dicit. Vespe aūt sabbati q lucescit ī pma sabbati. venit Maria magdalena ꝛ altera Maria vidē sepulchrū. Et dicendū q illud qd dictū ē tenēdum ē, p vitate: q ī aurora venerūt. Et hoc idē dicit Mat. p vba magis obscura. vnde vba ei⁹ sūt exponēda. q2 vespe pōt accipi triplicit. primo ſm Aug. p vespe qd ē noctis principiū. ipsa tota nox sequēs sabbatū pōt ītelligi p synodochē a pte totū. quā noctem iō noīauit a prima pte: q2 in principio ipsi⁹ noctis īcipiebat eē licitū opari qd in die nō licuerat. in hoc igit vespe i. nocte venerūt. ī qua vo noctis hora venerīt. subiūgit. q lucescit ī pma sabbati: q2 in diluculo prīe sabbati. sic igit cōstruendū ē. vespe aūt sabbati. i. nocte post sabbatū: q. s. nox vt hoc relatiuū q referat nō quidē ad vocē: q2 vespe ē neutri generis. sꝫ ad sensuꝫ lucescit. i. cepit lucē in pma. s. die sabbati qd quidē lucescē idē ē q diluculū. tunc certe venit Maria magdalena ꝛc. Secundo vt dicit Beda p vespe pōt accipi vē ipsa vltima hora diei sabbati: q erat principiū noctis sequētis. vespere eīm hui⁹ sabbati venerūt mulieres q2 ceperūt se pare ad veniēdū. ceperūt .n. pare vnguēta qbus veniētes vngerēt hiesuꝫ. ꝛ hoc expresse dicit ī Mar. Sꝫ tamē nō uenerūt ad monumētū corpali psētia: nisi quādo illa hora vespe lucescit ī prīa sabbati. i. ī diluculo. Tertio. ſm Ambro. p vespe pōt ītelligi ipsuꝫ diluculū: qd ē finis noctis ꝛ sabbati principiū. vespe eīm idē ē qd sero. ꝛ pōt significare tarditatē vniuscuiusqꝫ rei. sicut Aug. ī libro ɔfessionū loqt deo. sero te cognoui pulchritudo mea domine ſm hoc ergo nō tātū finis diei: sꝫ etiaꝫ finis noctis vespe pōt appellari. Erit igit sens⁹. vespe aūt sabbati. i. termīata nocte sequēte sabbatū. nā etiā nox hꝫ suū vespe: qd ē diluculū. ꝛ hoc ē qd dicit: q lucescit ī prīa sabbati. venit maria magdalena ꝛ altera maria vidē sepulchrū. patꝫ igit q ſm istas expōnes Mat. nō dissentit ab aliis euāgelistis Tertio cōmēdat amor istarꝫ mulierꝫ a feruore: q2 nullū impedimētū nec aliqd piculū retrahebat eas ab obsequio xpi. cū tamē magn⁹ lapis appositus eēt monumēto. ꝛ milites custodirēt illud. || Et dicebāt adinuicē || colloquētes interrogabāt se mutuo || Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti || Et mirum ē quare non assumpserunt Petrū ꝛ Jo. vel aliquos aplorum: q lapidem reuoluerēt. ꝛ forte nullus discipulorum psumebat accedē ad monumentū. timebāt eīm ne caperēt a militibus dicētib⁹: q voluissēt furari corpus domī. Attēde feruorē amoris sanctarū mulierꝫ: q2 non timebāt custodes armatos. vis enim amoris eas fecerat fortes: vt nihil timerent. Cant. 8. fortis est vt mors dilectio. Attende etiam q non destiterunt ab incepto ex hoc q dubitabant quis reuolueret

reuoluēt lapidē monumēti. nec eīm aliquis vir psumpsisset accedē ꝑpter custodiā militū. sȝ nec ipsi milites attēptassent reserare sepulchrū: qꝛ vt dicit ī Matheo lapis sepulchri signat⁹ erat sigillis pncipū sacerdotū ꝛ phariseorū. his tamē nō obstātib⁹ sancte mulieres nihilomin⁹ spabāt ungē corp⁹ domini. vtus eiȝ amoris facit amātē bone spei: vt nihil reputet īpossibile. sȝ credat eē pata q̄ suffragātur amoris desiderio. vnde illud vgilii. Quid nō speramus amātes. Et Terenti⁹. q̄sto inqt min⁹ spei ē: tāto magis amo ꝛc. Secūda ps

Ecundo cum dicitur Et respicientes. tangit duplex signū xp̄i resurrectionē insinuās. Primū ē reuolutio lapidis ab hostio monumēti. si eīm lapis erat sublat⁹. ꝛ corp⁹ domini nō eāt ī monumēto. satis erat pbabile signuȝ φ resurrexerat. nec eīm q̄sq̄ʒ violēter aut latēter potuisset corp⁹ auferre ꝑpt custodiā militū. hoc ē igit qd prīo dicit Et respiciētes viderūt lapidēȝ reuolutum de quo prīo dubitauerāt dicentes. qs reuoluet nobis lapidē ab hostio monumēti. vnde iste mulieres admirate simul fuerūt ꝛ gauise atq̄ʒ timide. admirate qdēȝ quō ꝛ a qbus lapis esset reuolut⁹. gauise aūt: qꝛ videbāt reuolutū lapidē ꝑpter quē crediderāt īpediri ab vnctiōe domini. timide etiā fuerunt suspicātes: ne corp⁹ domini esset ablatū. aut aliud īdecēs in illud iudei eēnt opati. talis eīȝ ē ꝯdicio amātis iuxta illud poeticū. Quādo ego nō timui grauiora picula veris. Res ē soliciti plena timoris amor. Qualit aūt lapis ille fuerit reuolut⁹ Mathe⁹ dicit. Et ecce terremot⁹ ē fact⁹ magnus. angel⁹ eīm domini descēdit de celo: ꝛ accedēs reuoluit lapidē vt dicit Beda. nō quatenus egressuro domino ianuā pāderet. sed vt daret hominib⁹ sue resurrectōis indiciū. ante eīm q̄ʒ angelus reuoluēt lapidē. iaȝ domin⁹ clauso sepulchro exierat. q eīm mortalis clauso vginis utero potuit nascēdo mūdū īgredi. non est mirū: si fact⁹ īmortalis potuit resurgēdo exire de monumēto. Unde cuidam monacho sācti laurētii extra muros admirāti quō xp̄s clauso sepulchro exire potuerit. cīgulū quo erat cīct⁹ insolutum dilapsū ē. ꝛ ante eū proiectū. Et vox ī aere facta ē. sic potuit clauso xp̄s pdire sepulchro erat quippe magnus valde vnde mulieres illū reuoluere nullaten⁹ potuissent absq̄ʒ plurimorū auxilio. Secundū signū resurrectōis xp̄i fuit habit⁹ angeli apparētis. Conditio eīm nūctii dicit legatiōis insinuare materiā. Sic vidim⁹ φ nūctii pacis deportant oliuā. nūctii belli dant per cyrothecaȝ. nunctii victorie lauream deferunt. ꝛ sm φ res ē tristicie vl gaudii diuersum gerunt habitum quōȝ vero annūciatio resurrectiōis xp̄i erat materia plurime exultatiōis. iō nō qlibet sȝ angel⁹ mittit. nō q̄litercūq̄ʒ sȝ totus hilaris ꝛ resplendēs. vnde dicit Et introeuntes in monumentū. Monumētuȝ appellat domūculaȝ istam in q̄ erat ipm sepulchrū. nā ante hostiū eiusdem domuncule fuerat positus lapis ille magnus. Unde nō sm φ dicit Beda φ monumentū domini fuit dom⁹ rotūda excisa de rupe subiacenti tāti ambit⁹ vt dicit Remigi⁹ vt vix .10. caperet hoīes ꝛ tāte altitudīs vt homo rect⁹ existēs ī pauimēto vix posset culmē attingere ab oriēte aūt habebat introitum cui lapis magnus erat superposit⁹ p hostio

ad dextrā vo īgredientiū .i. a pte aglo nari erat excisū ipsuз sepulchrū domi- ni de eadē petra habēs lōgitudinis septē pedes: et erat eminēs a pauimēto trib⁹ palmis: cuius patulū nō desup sз ex la- tere vsus meridiē erat: sicut fit ī mu- ris domoꝝ ad reponēdū vtēsilia. color aūt monumēti et loculi albo et rubeo di citꝰ eē pmixt⁹. Deīde ostēdit qlitatez angeli apparētis // viderūt iuuenē // .i. āgelū ī forma iuuēili // sedētē ī dextris // .i. a dextris īgrediētiū ubi ēat locul⁹ se pulchri ex latē aqlōari. I' sedebat āgel⁹ ꝑm Bedā ad meridianā ptē loci illius vbi positū erat. corp⁹ eīm qd' supinū ia cēs caput hēbat ad occasuз: dextrū ne cesse erat hre ad austrū // coopertuз stola cādida // Stola cādida ē candidū vesti- mētū. vnde Math. dicit q vestimēta ei⁹ erāt sicut nix. Hugo dicit. Stola eīm matronale opimētū ē qd coopte ca pite et scapula a dextro latere ī leuū hu merū mittit. vnde et sic dicit q super- mittat. stolon eīз grece latīe dicit mis sio. Idē et latiniū latino noīe dicit: qa dimidia ei⁹ ps retro reiicit. Nō q iste angel⁹ ex mō sue apparitiōis glīam re- surgētis declarat. quicqз eīз dicūt de eo Primo eīз apparuit ī etate iuuenili hec aūt etas florida ē et iocūda. et iō resurrec tionē domini īsinuabat ī qua caro ipsi⁹ refloruerat. vt dicit. ps. in quo etiam vt dicit Seuerin⁹ ostēdit q oēs ī eta- te iuuenili resurgem⁹. nescit eīm resur rectio senectutē aut īfantiā: sз etatē flo ridā et iocundā. In qtuor aūt reliquis qtuor dotes corpis glificati ostēdūt. nā ꝑ hoc q sedebat sup lapidē monumenti vt dicit Mat. dos leuitatis et agilita- tis ītelligit: q illū nūciabat: q sua re- surrectiōe ꝑ dotē leuitatis oī grauitate et grossiciei supeminebat. Secūda dos ē īmortalitatis q datur intelligi ꝑ hoc q sedebat ī dextris. vnde Greg. dicit quia eīm dextra significat vitā ppetuā recte angelus ī dextra sedebat: quia re demptor noster presentis vite corrup tionem transierat. Tertia dos ē subti- litas: que signatur ꝑ hoc: quia vt dicit Mat. aspectus angeli erat sicut fulgur fulgur eīm ē velocissimū et subtilissi- mum: quia subito mouetur ab oriente in occidens. et omnia penetrat. Quarta dos ē corporis claritas: que īsinuatur ex hoc q angelus coopertus erat sto- la candida. illum enim signabat de quo dicit. ps. amictus lumine sicut vesti- mento. hic ergo iuuenis taliter appa- rens vt dicit Hiero. formā resurrecti onis ostēdit. Deinde ostēdit qliter se habuerint mulieres ad visionē angeli. // et obstupuerūt // obstupescere ē ex ad- miratione rei vise terreri et pauere. ad mirate sūt mulieres etatē et habitū an- geli apparētis: et timuerūt; quia erāt so litarie. nec cognoscebāt eum eē ange- lum. et terribilis angel⁹ apparebat: ita q vt dicit Mat. pre timore ei⁹ exterri ti sūt custodes. et facti sūt velut mor- tui. Sз noluit angel⁹ istas mulieres tātū terrere: vt caderēt velut mortue sз solum vt obstupescerēt.

Tertia pars.

Ertio quia nō sufficit per sig- na ista resurrectionem credere ideo cum dicit // Qui dixit illis // ostendit quō angel⁹ q glīam xpi hītu demrauerat. eandē etiā vbo affirmauerit. et qtuor facit. Primo eīm angel⁹ pauorē remo- net a mētib⁹ mlierū: vt glāз resurrectōis ītelligāt. q dicit illis sermone blando et consolatorio // Nolito expauescere //

q̄si di. ꝭm Greg. paueāt custodes: qui nō amant aduētū supernoꝝ ciuiū. vos aūt nolite timere ad meā presentiā: qa vestrū ciuem videtis. Secūdo vt mulieres magis ꝯfidāt: ostēdit se scire quid ipse querant // Iesum q̄ritis // ecce inq̄sitio salutaris. tūc eīm vere sal⁹ humani generis erat cōpleta. ps̄. deus aūt rex nr̄ ante secula opatus ē salutē ī medio terre // Nazarenū // q interp̄tat̄ floridus vl' sanctificat⁹. Ecce igit̄ inq̄sitio deuota. ps̄. super ipsuz efflorebit sāctificatio mea // crucifixū // vnde inq̄sitio est gl'osa. gal'. 6. Mihi absit gl'ari: nisi in cruce domini nostri hiesu xp̄i vnde ꝭm Theoph. Angelus crucē nō erubescit. in ipsa eīm ē sal⁹ hoīm ꝛ beatorū principiū. Tertio xp̄i resurrectionē annūtiat // surrexit // q. d. Nolite querere crucifixū ꝛ mortuū. ſꝫ querite resurgētez a mortuis: qꝛ vt dicit Hieroīm⁹. Radix amara crucis euanuit. flos vite cū fructib⁹ erupit: ꝛ q tacuit in morte: surrexit in gl'ia // nō est hic // ī monumēto. ideo hic eū nō q̄ratis: sed sursuz q̄rite. vbi xp̄s ē in dextera dei sedens. Greg. nō ē hic inq̄t per p̄sentiam carnis. qui nusq̄ꝫ deest ꝑ p̄sentiā maiestatis. Et vt ꝓbet se veꝝ dicere: ꝙ surrexerit ꝛ ibi nō sit. subiūgit // Ecce loc⁹ vbi posuerūt eum // vt si meis ꝭmonibus nō creditis. vacuo credatis sepulchro. Hic q̄runt̄ tria. p̄rio de ītegritate corporis xp̄i resurgētis. Et dicendū ꝙ corp⁹ xp̄i resurrexit: qꝛ aīa ipsi⁹ reunita fuit corpi: qđ ī morte dereliquerat nec illud corp⁹ illā habuit diminutionē ſꝫ cū oībus mēbris ꝛ ceteris corpis liniamētis surrexit viuū. Itē ī ipā resurrectiōe sanguinē effusū ī cruce reassūpsit. ꝛ oīa q̄ sūt de v̄itate hūane nature. huic aūt v̄itati nāe sup addite sūt q̄tuor dotes: q̄ nām p̄ficiūt. nō transmutant: Pr̄ia ē icorruptibilitas: qꝛ xp̄s resurgens a mortuis: iā nō morit̄: mors illi vltra nō dominabit̄. Ro. 6. vnde nullam passionē sustinē pōt nec calōis aut frigoris: vl' famis aut sitis: nec aliam quācūq̄ꝫ alterātē corp⁹ ei⁹. Secūda dos ē corpis claritas. Io. 13. Nūc clarificat⁹ ē fili⁹ hoīs. ꝛ de⁹ ē gl'ificat⁹ illo ꝛ ꝓpter hoc corp⁹ ei⁹ nullo vestimēto īdiget. Tertia dos ē agilitas: qꝛ corp⁹ ei⁹ nulla g̃uitate tardat̄: q̄n libē possit eē vbi uult. Quarta ē subtilitas: qꝛ nihil ei resistē pōt. ſꝫ oīa corpa q̄ātūcūq̄ꝫ grossa sine diuisiōe penetrat. Secūdo q̄rit̄ de tp̄e r̄surrectiōis xp̄i. Et dicēdū ꝙ domin⁹ t̄tia die resurrexit a mortuis. ſꝫ os dies ꝛ noctes accipe ꝑ synodochē. ꝛ h° duob⁹ mōis. Primo vt dicit Beda. vt extremā ꝑartē ꝑasceuen accipiam⁹ ꝑ vna die cū nocte sequēte. Secūdus v̄o dies fuit sabbatū cū nocte sequēti: qꝛ v̄o ī ipsa nocte mutat⁹ est ordo dieꝝ ꝛ noctiū. cum eīm a p̄ncipio mūdi dies p̄cederet noctē. ī ipsa nocte resurrectiōis īcepit nox diē precedere. nox igit̄ illa cōis fuit sabbato ꝛ dominice vt igit̄ ipsa sequit̄ sabbatuz ꝯnumerat̄ cū secūdo die. ꝭm v̄o ꝙ p̄cessit dominicam ꝯnūerat̄ diei t̄tio accipiēdo tertiā dieꝫ ꝑ p̄ria p̄te ipsi⁹ diei ī q̄ domin⁹ resurrexit. Sꝫ secūdo mōalit̄ ordīatan gcl⁹. s. ꝙ iste ordo dieꝝ ꝛ noctiū cepit ī nocte p̄cedēte pasceuē. ꝭm h° igit̄ nox precedēs ꝑasceuē cum ipso die sequēti fuit vna dies naturalis. nox aūt precedens sabbatū: cū ipso sabbato fuit secunda dies. nox vero precedēs dominicaz cū p̄ria p̄te ipsi⁹ diei dominice fuit tertia dies. quōcūq̄ꝫ aūt accipiat̄ iste ordo hoc patet ꝙ xp̄s fuit mortuus quadraginta horis vt dicit Augus. De hora

vero resurrectiōis varie loquūt̄ sācti Hiero. enī3 ī libro .12. questionū dicit q surrexit ad vesperā sabbati. Amb. vero sup Lucā dicit: q surrexit ī pfū da nocte. Aug. vero dicit q surrexit ī diluculo: qđ magis tenet ecclia q̄ ī memoriā resurrect.ōis dominice cantat matutinas laudes· cui cōsentit illud ps Exurge glia mea: exurgā diluculo: ipsa autē hora cū3 xps resurrexit multa corpa sanctoꝝ resurrexerūt cū eo: vt eēnt testes resurrectiōis xpi. Item qa angel⁹ dixit // Surrexit non ē hic // ideo querit̄ vbi eēt xps post resurrectionē3 anteq̄3 celū ascendēt secūdū3 corporalē presentiā. Et dici pōt q corpi glificato nō debet̄ locus determinat⁹ hic īferius vnde ipse erat vbi volebat· ꝛ forte cū sanctis qui cū eo resurrexerāt: erat in extremis maris. i. sup amplissimos fines orbis· aut forte habitabāt in paradiso deliciarū Quarto angelus imponit mulierib⁹: vt xpi resurrectionem annūciarēt // Sed ite // festināt̄ // ꝛ dicite discipulis eius // cōiter // ꝛ petro // specialiter. Petrū autē specialit̄ noīauit q2 ꝓpter verecundiā negatiōis xpi ita erat cōfusus: vt nisi fuisset specialiter noīatus: non psumsisset venire int̄ ceteros discipulos vt dicit Greg. vel h° ideo quia christi mortē petrus specialiter abhorruerat: vt d̄ resurrectiōe maxime gauderet // quia p̄cedet vos in galileam // ꝛ ideo sequimini eū ibidem // ibi eum videbitis // nō quidē crucifixū3 et mortuū: sed iam resurrexisse vivū // sicut dixit vobis // hec xps predixerat discipul'. Mat. 26. post q̄3 resurrexero precedam vos in galileā· precessit dux uite· mortis triūphū gliose deferens. Et viderūt eū discipuli ī mōte tabor vt dicit̄ Mat. 28. vbi ante passionē future resurrectionis glām in suo corpe trib⁹ aplis demōstrauerat. Eam⁹ ꝛ nos ī galileam. i. trāsmigremus a terrenis ad celestia. Et vt resurrectiōis gliā3 v. dē possimus. faciam⁹ qđ dicit ap. s. col. 3. si resurrexistis cū xpo: que sursū3 sunt q̄rite: vbi xps ē in dextera dei sedes: q̄ sursum sunt sapite: nō que super terrā3 Quod nobis pstare ꝛc̄.

Feria secūda post pasca. Pria ps.

d Uo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellū qđ erat ī spacio stadioꝝ sexaginta ab hierusalē noīe Emaus ꝛc̄. Luc. 24. hoc idē3 breuiter pstringit̄. Mar. 16. Aug. 4. cōfessionū. Sic igt diligūt amici: vt absētes desiderēt cū3 molestia· ꝛ suscipiātur venietes cū leticia· s3 ipsa molestia absentie alleuiat memoria eoꝝ· ꝛ sermonib⁹· p̄sentia vo mille motib⁹ ꝯuersatiōis gratissime sic delectat animū: ut sit dimidiū uite ꝛ felicitatis hūane. ꝛ iō veri amatores crucifixi resurgētis duo isti discipuli ꝓbabantur: q vt dicit̄ in euāgelio gemebant, tristē absentiā xpi memoria ipsi⁹ ꝛ mutuo colloq°. presētiā vo ipsi⁹ s3 ad horā iocūde susceperint ꝛ delectabiliter. Isti⁹ euāgelii mā breuit̄ istis duobus vsib⁹ ꝯtinet̄. Iungit̄· ignorant· docet· ardēt· ꝓterit· instāt. Ut maneat restat: discūbit· se manifestat. In hoc euāgelio tria tāgunt̄. Primū est quō xps apparuerit discipul' de se loquētib⁹. Secūdū ē quō scripturas ill' aparuerit ī senō credētib⁹ ibi· Et ipse dixit ad illos. o stulti. Tertia est quō palam se illis manifestauerit ī cena recumbētib⁹ ibi. Et aperti sūt oculi eoꝝ. Prima pars quiq3 ꝯtinet p̄ticlas. premittitur

eī̄m īter discipulorꝝ xp̄i ‖ duo ex discipulis iesu ‖ q̄z q̄z eēnt s. ne domino ꝛ magistro. adhuc tamē illi⁹ ꝯseruabāt imperiū bini ambulātes. Hoc eniz p̄cepit domin⁹ ꝓpter tria .s. ad solaciū mutuū vt alter alteri fuiret. ꝛ vt ꝓprie vite eēnt testes. Eccle. 4. meli⁹ ē ergo duos eē s. mul q̄z vnū. habēt eīm emolimentum societatis. si vnus ceciderit ab altero fulciet. Vnius istoruz discipulorū nomē ponit īfra: qꝛ vocabat Cleophas. alterius vō nomen euangelista subticuit. ꝛ credit vt dicit Theophil⁹ q̄ fuerit Lucas euāgelista: q ꝓpter humilitatē se nō nomīauit. hoc idē sentire videt Greg. in pricipio moraliū. Ambro. tamē dicit sup Lucā q̄ ille discipulus nō fuit Lucas. sz quidā alius noīe Almeon: qd̄ verius cred t. nā Lucas potius fuit discipulus aplorꝝ. q̄z ex discipulis xp̄i. sicut pz p Hiero. in ꝓlogo euāgeliū eiusdē. ꝛ p Aug. ꝑmo libro d̄ ꝯsensu euāgelistarꝝ. ꝛ per glo. exo. 25. vbi describūtur q̄tuor circuli arche testimonii. dicit eīm glo. q̄ Mar. ꝛ Lu. sūt ī dextro latere arche: quia post xp̄i ascēsionē eidem adheserūt facti discipuli aplorꝝ. nam ꝛ ipsemet Lucas in ꝓlogo sui euāgelii testat: q̄ ea que de xp̄o scripsit nō vidit. sz ab his qui viderāt tradita audiuit. his ꝯsonat Greg. i° libro dyalogorꝝ. Lucas inq̄t clari⁹ mihi ꝯstat. quia Luc. ꝛ Mar. euangeliū qd̄ scripserūt nō visu sed auditu didicerūt ‖ Ibant ipsa die ‖ prima. s. sabbati ꝛ die resurrectiōis ‖ in castellū ‖ Mar. dicit q̄ ibant in villā. ꝯsueuerūt enim ōnia mācipia ꝛ colonie q̄ sunt extra ciuitatē ville appellari ‖ qd̄ erat in spacio stadioruz. 60. ab Hierlm ‖ Stadiū ē octaua pars milliarii. ꝛ dicit stadiū a stando: eo q̄ Hercules uno anhelitu tantū currebat. ꝛ deīde stans spirabat aerē. hz aūt stadiū centū ꝛ. 25. passus. vnd̄ .60. stadia sūt septē millia passus ꝛ quīgēte. milliare aūt ꝯtinet passus mille. vnde pz q̄ hoc castellū distabat a Hierlm. 7. milliariis ꝛ dimidio ‖ noīe emaus ‖ Beda. Emaus īquit Nicopol' ciuitas insignis palestie: q̄ post expugnationem Iudee sub Marco aurelio anthōio pci pe restaurata: cū statu mutauit ꝛ nomen. nā pri⁹ dicebat emaus: nūc vero nūcupat Nicopol'. Deinde ostēdit quō ambulabāt isti duo discipuli ‖ ꝛ ipsi loquebātur adinuicē ‖ non q̄si credētes vt dicit Theoph. sz sicut stupētes ī rebus extraneis ‖ de his omnib⁹ q̄ acciderant ‖ .s. de traditiōe saluatoris: de captione: de vberib⁹ ꝛ illusionib⁹: de passionib⁹: de emissiōe sp̄us: de sepultura ꝛ d̄ apparitiōe angelorꝝ facta mulierib⁹ Cōsidera q̄nto amore ista q̄ acciderunt meditabātur. q̄nto dolore ea loq̄bant: ꝛ q̄nta cōpassiōe ea adinuicē referebāt. Iob. 7. qua ꝓpter ego nō pcaz ori meo loquar ī tribulatiōe sp̄us mei. ꝯfabulabor cū amaritudīe aīe mee. Secundo ponit xp̄i accessus ‖ ꝛ factū ē dum fabularētur ‖ Fabula dicit eē cōposita ex miris īcredibilib⁹. qꝛ vō isti discipuli mirabātur de his q̄ acciderant. nec ea plene credebāt: maxime illud de resurrectione. iō fabulari dicūtur ‖ ꝛ secū q̄rerent ‖ q̄rebāt toto conatu adinuicem de gestis saluatoris. 2. pal. 15. In tota volūtate sua quesierūt deū: ꝛ īuenerunt eū. Nō q̄ multa fortasse erāt d̄ quib⁹ q̄rebant adinuicē. s. vnde potuerit eē tanta malicia iudeorꝝ: vt xp̄z traderēt. Itē q̄nta dilectionis signa xp̄s in suo recessu discipulis ostēderit. Item quō futura oīa ipse preuidēit. Itē q̄re capiētibus se nō restiterit. Item q̄nta

fuerit discipulorum pusillanimitas, q eum nō defenderūt: sz relicto eo: oēs fugerunt. Itē q tāq̄ malefactor ligat⁹ fuerit. Itez q facies illa q̄ speciosior ē cūctis filiis hoīum, sic fuerit cōsputitiōib⁹ fedata. Itez q̄ta fuerit patiētia ī pcussionib⁹, q̄ta tollerātia ī illusionibus, q̄ta ɔstātia ī iproperiis, q̄ta inocētia ī flagellis, q̄ta obediētia vsq̄ ad mortem: mortē aūt crucis. Itez q orauerit p crucifixorib⁹, q īter sceleratos deputatus fuerit, q m̄rem discipulo ɔmēdauerit: et q clamando spūm emiserit. Itē q ver⁹ sol sub lapide claus⁹ fuerit. Itez querebāt ad quez deberēt recurrere, ex quo ille mortu⁹ erat, ī quē suā spem posuerāt, qd facē deberēt: q erāt sine gubernatore, et quā vitā eligē: q erāt sine prē pupilli, vltīo q̄rebāt: an possibile esset: q resurgēt, aut q corpus ei⁹ eēt ablatū: et an esset veruz: q mulieres dixerāt se angelorum visionem vidisse ad monumentū. De his oībus querebāt adīuicez, et q̄rentes ītrinsec⁹ ardebāt amore, et cū dolore ea ɔsiderabant: atq̄ cū singultu et more mutuo ea colloquebātur / et ipse ihes⁹ de quo loq̄bant / appropinquās ibat cū illis / Ecce iuxta vulgare ɔuerbiū, q lup⁹ est ī fabula, dū ipse de quo loquūt supuenit. dicit Theophil⁹ q ꝓpter spūale corp⁹ qd habebat xp̄s, nulla īpediebat loci distātia, qn statim adeēt vbi et quib⁹ volebat. attēde benignā curialitatē saluatoris, q dilectis suis de se loquētib⁹ et se desiderātibus suā nō denegat p̄sentiaz et comes vie efficitur. sic eīm ɔmiseāt Mat. 18. vbi duo vl' tres congregati fuerīt ī noīe meo, ī medio eorum sum. Itē q q̄rebant adīuicez, nec q̄ones sciebāt soluē. apparuit illis: vt uer⁹ doctor discipulos īstruat. Deīde discipulorum describitur ignorātia / oculi aūt eorum tenebantur / .i. īpediebātur / ne eū agnoscerēt / habebāt eīm passionē ī oculis: q̄ grece aurisia dicit, latīe vero auidētia et est duplex, vl' quādo rem p̄sentē nō videm⁹, vl' quādo visaz nō cognoscimus, quoniā frequēter rez p̄sentē non videm⁹. vel quādo visaz nō cognoscimus, quoniā frequēter rem p̄sentē q̄rimus, aut etiā quā manu tenem⁹. Queritur q̄re xp̄s sic voluerit apparere discipulis, q tamē eū nō cognoscerēt. Et dicendū s̄m Theo. q tres cause sūt de hoc. Pria q ideo noluit cognosci, vt discipuli nō cauerēt sibi ab eo, sz totā suaz ītentionem sibi aperirēt. Secūda vt postq̄ eū cognoscerēt ītelligerent, q q̄uis ipsū corp⁹ qd passū ē resurrexerit nō tamē erat visibile oībus, sz sol' illi a qbus vellet videri. Tertia vt ītelligāt q post resurrectionē ɔuersatio ei⁹ nō erat digna mortalib⁹, sz cum angelis magis. Quarta cā s̄m Greg. q talē se illis demōstrauit exteri⁹ ī oculis corporis q̄lis apud illos erat īterius ī oculis cordis, ipsi eīm xp̄m amabāt, et tamen de illo dubitabāt, q igit ipsū amabant: et ob hoc de illo loquebāt, iō suam p̄sentiā illis exhibuit: q vo de ipso dubitabāt, iō cognitionis sue spēm ab eis abscōdit. Item q̄rit quō fieri potuerit: vt isti discipuli p̄sentē xp̄m nō cognouerunt. Et dicendū q Luc. assignat cām ex pte discipulorum dicēs: q oculi eorum tenebātur: ne eū agnoscerent. Marc⁹ vo assignat cām ex pte corporis xp̄i dicens q xp̄s ostēdit se illis ī alia effigie. vtrūq̄ aūt verū ē. nam oculi discipulorum īpediebātur: ne xp̄m agnoscerent ex trib⁹. vl' q tantū erāt repleti tristicia et dolore cordis: vt etiā presētē quē desiderabāt: nō cognoscerēt. aut quia

vehemēs imaginatio mortis. tollebat credulitatem vite. aut etiam vt dicit Aug. ī ipsis oculis eoꝝ. opatiōe satha ne caligo q̄dam erat. fluxu alicui⁹ hu- moris cāta. p quam impedire volebat dyabol⁹: ne christū agnosceret. Pōt etiā causa hui⁹ accipi ex pte corpis xpi qꝛ dicit Mar. q̄ ostēsus ē eis ī alia effi gie. nam ut dicit Seuerin⁹. lꝫ christus ī resurrectiōe corpis subam ꝛ naturalē effigiē nō mutauēit. mutauit tamē glo riam. qꝛ ex mortali fact⁹ est īmortalis vnde fieri potuit: q̄ ꝓpter nouā glori- ficationē corpis: subito visus nō cog- noscētur. sicut quē cognouim⁹ īfanteꝫ nō statim cognoscim⁹ factū uirū. Ter tio ponit̄ xpi allocutio / ꝛ ait ad illos / sic eīm ītendebāt discipuli ꝑmonibus d christo: q̄ nō aduertebāt eū esse illis p̄sentē. nec ei loquebātur. ꝛ iō ipse pri- mitus eis locut⁹ est: vt ꝓuocaret eos ad colloq̄ū / Qui sūt hii ꝑmones quos cōfertis ad inuicē / ꝛ nihil mihi loq̄mini / ambulātes. ꝛ estis tristes / hāc tristi tiam predixerat illis christus. Jo. 16. Amen amē dico vobis: q̄a plorabitis ꝛ flebitis vos. mūd⁹ aūt gaudebit: uos ꝯtristabimini: sed tristicia vr̄a vertet̄ in gaudiū. Quarto tangit̄ discipuloꝝ responsio / ꝛ respondēs vnus: cui no- men Cleophās dixit ei / quasi obiurgā do / Tu solus ꝑegrin⁹ es ī Hierusalē / quia eīm uultū eius non cognoscebat. iō ꝑegrinū eū putabat: q forte ad diem festum pasce a remotis venisset regio nib⁹. ꝛ reuera ꝓut dicit Beda ꝑegrin⁹ illis erat. primo qꝛ ꝑ resurrectiōis glo riaꝫ longe distabat a fragilitate nature coꝝ. Secūdo quia fidei eoꝝ erat extra neus. Tertio quia huic mūdo ṽe erat peregrin⁹. ex hoc q̄ sua cōuersatio nō erat cū mortalib⁹. p̄s. extrane⁹ factus

sum fratrib⁹ meis. ꝛ peregrinus filiis mr̄is mee / ꝛ nō cognouisti q̄ facta sunt in illa / sic īaudita / his diebus / taꝫ re center. mirabat̄ Cleophas q̄ tante rei magnitudo eum solū lateret. nam ea q̄ facta fuerunt: erant publica. quia tota ciuitas fuerat cōmota. ꝛ plurima signa ī xpi morte apparuerāt. vnde qꝛ ꝑegri ni cōsueuerūt de īquirendis nouitatib⁹ eē solliciti. habebat Cleophas ꝓ incon uenieīti: q̄ ista laterēt hūc peregrinum cum hoc etiā tātus erat dolor cordis q̄ cām huius doloris credebat oībus eē notam. Quinto ponit̄ xpi requisitio de his que facta erāt / quib⁹ ille dixit / quasi extrane⁹ illis loquebat̄ / que / sūt ista facta ī Hierusalē his diebus. Ipse optime nouerat: que facta fuerāt. ꝛ ta- men voluit ab eis audire: vt ex relati one magis accendātur ī amorē. ꝛ ut ex verbis eoꝝ cām instructiōis summat. atq̄ iō quia delectabat̄ xp̄s audire ab il lis ea que facta fuerāt. licꝫ ea sciret si- cut delectat̄ mr̄ audire loquētem filiū ꝛ maḡr disputātem discipulū. licꝫ no- uerint q̄ dicūt̄. Deīde adicit̄ respon sio discipuloꝝ. ī qua cōtinēt̄ tria. com- mendāt eīm prīo ꝑsonā xp̄i. Secundo passionē exprimūt. Tertio de resurre ctione ꝛ q̄si ī vmbra ꝛ sonniādo loquūt̄ Cōmendāt igit̄ ꝑsonā xp̄i respectu sui. respectu dei. ꝛ respectu ꝑpti / ꝛ dixerūt ei / curiales fuerūt. qꝛ cāꝫ tristicie sue manifestarūt comiti vie eoꝝ. xp̄s eīm lꝫ ꝑegrin⁹ uidebat̄. eāt tū affabilis ꝛ co uersatiōis honeste. Cōmendāt aūt xp̄i nomē / de hiesu / ecce igit̄ qꝛ saluator. q̄si dicāt. cā tota nr̄e tristicie ē de hie- su / Nazareno / ecce cōmēdatio patrie. Nazarenus eīm florid⁹ vl̄ sanct⁹ dici tur. ꝛ xp̄us ē ipse q dicit Cant. 2. Ego flos cāpi ꝛ liliū cōualliū. Itē cōmēdāt

virtutẽ // q fuit vir // .i. ṽtuos⁹. Luc.
6. virtus de illo exibat. ⁊ sanabat oẽs.
Itẽ cõmẽdãt officiũ // ꝓpheta // . Jo .6.
hic ẽ ṽe ꝓpheta. q ventur⁹ ẽ i mũdum.
Et attẽde vt dicit glo. q² ꝓphetã ma-
gnum eũ fateẽt. tacẽt aũt filiũ dei. vl' q²
nõdum pfecte credũt. vl' q² ⁊ si credũt
timẽt tamẽ ꝯfiteri. nesciẽtes cũ quo lo-
quãtur. ne forte traderẽtur i manibus
iudeoꝝ. Itẽ ꝯmẽdãt op⁹ // potẽs i ope //
.s. i sanãdis lãguoꝛib⁹. eiiciẽdis demo
nibus. suscitãdis mõtuis. ceterisq3 opi
bus mirabilib⁹. q̃ diuinitatis potẽtiam
demõstrabãt. ps. potẽtia3 tuã vsq3 ad
altissima. q̃ fecisti magnalia ⁊c. Item
cõmẽdãt doctrinã // ⁊ potẽs sermõe // tũ
q² solo ꝟmone oĩa q̃ voluit fecit. tum
etiã quia ꝟmoni illi⁹ nullus resistẽ po-
terat. Luc. 4. stupebãt i doctrina ei⁹.
quia i potestate erat ꝟmo ei⁹. Deinde
cõmendãt eũ respectu dei // coꝛa3 deo //
accept⁹ sc3 deo in oĩbus pdictis. Mat.
3. hic ẽ fili⁹ meus dilect⁹ ⁊c. ⁊ Ysa. 42.
Elect⁹ me⁹ ꝯplacuit sibi i illo aĩa mea.
Ultimo ꝯmẽdãt eũ respectu ꝓximi // ⁊
oĩ pplo // .i. i predictis oĩbus acceptus
fuit vniuerso pplo. Luc .13. oĩs pplus
gaudebat i vniuersis q̃ gloriose fiebãt
ab eo. Attẽde q² satis apparet q̃ntu3 isti
duo discipuli amabãt xp̃m. cu3 ita dili-
genter eũ multipliciť ꝯmendabãt. ita
vt audiẽtes icitarenť ad amorẽ xp̃i vbi
ipse esset xp̃s. Deinde passionẽ xp̃i ex
plicant. q̃ illis erat cã tristitie // ⁊ quõ //
certe p inuidiã. hec ẽ fera pessima. q̃ de
uorauit Joseph. Gen. 37. // tradiderũt
eum // gentib⁹ ⁊ Pilato // sũmi sacerdo
tes // qui illũ venerari debuerãt. i quo
designãt sacerdotes ⁊ clericos fuisse i
culpa // ⁊ principes nr̃i // tpale dominiu3
exprimũt // in dãpnatione3 moꝛtis // qui
erat vite auctoꝛ. ⁊ genus moꝛtis igno

post mōtē ī vitā eternā. a° ponit unū circa qd maxie attēdenda ē mia. z illud ē iudiciū de quo dicit // nolite iudicare // nō phibet iudiciū mie q° subuenit pauperibus z oppressis. z reddit vnicuiqȝ qd suū ē. de quo ps. iudicate egeno et pupillo. hūilē z pauperē iustificate. h° eīm ē opus maxie mie. Sȝ multiplex iudiciū phibet. primū ē iudiciū arrogātie de seipo. quo aliqs iudicat se dignū eē gratiis datis. aut maioib⁹. z ī dignum se eē pati mala q̄ sustiet. 2° phibet iudiciū iactātie quo aliq vt dic̄ Criso. nō ex beniuolētia. sȝ p iactātiaȝ sue iustitie xpiani xpianos despiciūt. 3° phibet iudiciū pprietatis. qz vt dic̄ Cri. Judicādus ē prim⁹. si peccat in deū. si vo ī nos peccat. sine iudicio dimittēdū ē ei. vt de⁹ nobis peccantib⁹ dimittat. 4° phibet iudiciū īdignitatis: vt ideȝ dicit. ne illi q multis mal' pleni sūt. alios p mīmis iudicēt. indignū eīȝ ē tles eē iudices. vnde Aug. 4. de ci. dei. eleḡter z veracit̄ respōdit pirrata qdam ḡphēsus ab Alexādro magno. cū ab eo īterrogaret qd sibi vt mare hr̄et īfestū ille libera voce. qd tibi inqt vt orbem terrarū. sȝ qz ego exiguo nauigio facio latro vocor. qz tu magna classe īpator. 5° phibet iudiciū temeritatis. qz ut dic̄ Aug. q̄dā sūt occulta. z de illis iudicarē ē phibitū. q̄dā vo ī differētia. qz dubium ē quo aīo fiāt. z de illis iudicare est temerariū. q̄dā vo sūt manifeste mala sicut stup̄ blasphemie z huiusmōi. quorum iudiciū ē pmissū. 6° phibet iudiciū psonalitatis. vt ī iudicio nō sit acceptio psonarū. paupis aut diuitis. amici vl' īimici. potētis aut īfirmi. nā ut dic̄ Ysido. li. 3. de sum. bo. q̄ttuor istis modis iudiciū humanū puertit. tiore potētie. cupiditate diuitiarū. amore amicorum. odio īimicorū. Cass. in epl̄a. teste Cicerone puerbialiter dicit. exuit personā iudicis. q amicū iduit. z Ambros⁹ sup beati ima. Jn iudicio inquit nō ptēpsi pauperē. nō oppressi viduā. psonā diuitis nō recepi. ī oībus opibus seruaui iustitiā. 7° phibet iudiciū dubietatis fidei. ne ut dicit Hylari⁹ iudicemus de dīnis pmissionib⁹. tale eīȝ iudiciū aduersus deū ē ex fidei ambiguitate. 8° phibet iudiciū curiositatis quo multi iudicare volunt dei iudicia. q̄re .s. ī mūdo isto quidā mali floreāt. boni vo patiant. nō eīm ē sine iusto dei iudicio lȝ occulto. Legit q qdā senex heremita deū rogauit: vt ei sua iudicia demonstraret. cui die q̄dā angel⁹ domini ī sil'tudine senis apparuit. z duxit eū uisitare sāctos pr̄es. z venerūt ad quēdā sanctū senē. q magno gaudio eos suscepit. z lauit pedes eorū. atqȝ pauit refectionē. mane vo facto eos dimisit. sȝ angelus abscūse tulit catinū ī quo comederant. post quos senex misit filiū suum: ut vas redderēt. quē angel⁹ īpulit per pcipitiū z mortu⁹ ē. pturbat⁹ vo heremita soci⁹ ei⁹ de facto venit cuȝ angelo post duos dies ad cellā. vbi erat senex cū duob⁹ discipul'. q noluit eos recipē. sȝ tandē post magnā īstantiā eos recepit. nec lumē nec p: nē aut aquā voluit mīstrare ill'. mane s̄cō angel⁹ dedit huic catinū quē occulte p̄ori seni tuleāt: qd vidēs fr̄ q cū eo erat t̄bat⁹. recede inqt a me obsecro. tecū ampli⁹ nō ibo: s̄cō eīȝ illi viro abstulisti catinū. z filiū ei⁹ occidisti. huic vo pessimo catinuȝ dedisti: cui angel⁹ tu rogasti deū vidē iudicia eius. ad que demonstrāda missus suȝ. Jlli enim viro abstuli catinum. quia non erat de bono. nec debebat talis sāctus vir aliquid tale possidere tpale.

occidi vero filiū eius· quia nocte sequē ti occisurus erat patrem· catinum autem qui de malo ē addidi huic pessimo ad ruinam eius· quo dicto disparuit // ꝛ non iudicabimini // cauēdū ē ne pperaꝫ iudicem⁹· qꝛ vt dicit Ber. veniet dies ille ī quo iudex oīum nō mō īiusta iudicia· sed ipas quoqꝫ iustitias iudicabit. Jac. 2. iudiciū sine mīa fiet illi· q nō fecit mīaꝫ. 3° tāgit alterū spāle ī quo seruāda ē mīa // nolite cōdemnare· ꝛ nō cōdēnabimī // non ꝓhibet snīa iuste dāpnationis· q mali puniūt. dicit eīm exodi. 22. maleficos nō patieris viuē· sꝫ ꝓhibet ne vlla cōdēnatio sit absqꝫ aliq mansuetudīe· dꝫ eīm q aliū ꝯdēnat tria cōsiderare. prīo si ē ī eadē culpa ꝓ q alterū dānat· q si sic nullo mō dānet· qꝛ se ipm ꝯdēnat. vnde legit q Socrates uidens latronē duci ad mortē risit. ꝛ iter rogauerūt eū cur ridēt. dixit. rideo qꝛ magni latrones paruū latronē damnāt 2° attēdat q alterū dānat· si qnqꝫ fuit in eadē culpa· ꝛ tūc dānet cūꝫ mīa· sic sibi mīaꝫ voluisset. 3° ꝯsideret si nūqꝫ fuit ī eadē culpa· qꝛ dicit aplus. q se putat stare· videat ne cadat· ꝛ iō cū mīa damnet. 4° ponit aliud ī seruāda mīa· ꝛ est dimissio suscepte īiurie // dimittite // ex corde īiurias illatas. nā vt dicit Au. ī ench. 5. cū multa sint genēa elymosinarū qb⁹ adiuuamur· vt dimittāt nobis peccata nra· tamē nihil ē mai⁹ illa· q cū ex corde dimittim⁹ qꝺ ī nos qs peccauit // ꝛ dimittet uobis // nō ē hō q peccato nō sit obligat⁹· qꝺ sibi dimitti īdiget. sꝫ tūc nobis dimittit: quādo ī nos peccātib⁹ dimittim⁹· alias eīm frustra remissionē speram⁹ a deo: nisi nos primo remittamus. 5° aliud spāle ponit ad mīaꝫ ptinēs // date // scꝫ īdigētib⁹ mīe bñficiū· qꝺ ē elia. dr elimosīa ab eleysō grece· qꝺ ē latīe miser· ꝛ sina ebrayce· qꝺ ē latine mādatū· inde elymosina qsi mādatū mīe. vel dicit ebrayce ab heloy qꝺ est de⁹· ꝛ moys· qꝺ est aqua: qsi diuina aqua: qꝛ refrigerat ꝛ dāteꝫ ꝛ recipiēteꝫ. Nō q duplex ē gen⁹ elymosine scꝫ corpale ꝛ spūale. corpalis elymosina fit. 7. mōis. s. visitare īfirmū· potare sitiēteꝫ· c.bare esurienteꝫ· captiuū redimē· nudū tegē· hospitē colligē· sepelire mortuū. vnde vsus. Visito poto cibo redimo colligo cōdo. Sex vēo sūt spūales elymosine isto vsu ꝯtente. Cōsule· castiga· solare· remitte· fer· ora. facit spūaleꝫ elymosinā· q dat cōsiliuꝫ ī dubiis· q castigat īsolentē· ꝯsolat tristeꝫ· remittit offensā· portat alioruꝫ defect⁹· ꝛ q orat ꝓ ꝓxīis. ꝛ qꝛ nullus ē q aliquo istoꝝ mōruꝫ non possit dare elymosinā· null⁹ a pcepto elymosine penitus excusat // ꝛ dabit vobis // uulgarit dicit. dare facit recipē· ꝓ tpalib⁹ dātur eterna· ꝓ vilib⁹ pciosa· ꝓ trāsitoriis ꝑpetua. nā multa dona sūt q dātur elymosinā largiētib⁹. primū ē sanitas aīe. Ysa. 58. cū feceris· sanitas tua citi⁹ orietur. Secūdū est mūditia cordis. Lu. 11. date elymosinā ꝛ ecce oīa mūda sunt vobis. Tertiū est illuminatio mentis. Ysa. 58. oriet in tenebris lux tua· ꝛ tenebre tue erūt sicut meridies. Quartū est virtutū fecūditas. Ysa. 58. eris q ī ortus irrigu⁹· cui⁹ nō deficient aque. Quintū est extīctio peccati. eccle. 3. sicut aqua extīguit ignem· ita elymosīa extinguit peccatū· extīguit ignem īferni· extīguit rursus irā dei. Sextū ē libertas. Thob. 12. elymosina a morte liberat aīam. Septimū qꝛ ī bonis cōseruat. eccl. 17. elymosina uiri ē qsi sacul⁹ cū ipso· q graꝫ hōis ꝯsi pupillam oculi cōseruabit. Octauum quia pugnat pro

nobis īimicū. eccle. 29. sup scutū potētis z sup lanceā aduers⁹ īimicū tuū pugnabit. Nonū q2 ēt orat ꝑ nobis. eccle. 3. cōclude elymosinā ī sinu pauperū. et ipsa orat ꝑ te. Decio q2 tādē coronat ī vitā eternā. his eīm q dederūt elymosinā dicet ī fine seculi. venite benedicti prīs mei pcipite regnū. qđ vobis patuz ē ab origīe mūdi. sola eīm mīe opera ī die iudicii remunerāt̄ zc. Secūda ps.

Ecundo cū dicitur Mensuram ostēdit̄ q̄tō p̄mio sit mīa remuneranda z multipliciter describit beatitudinē etnā prīo q̄dē q2 iuste vnicuiq3 distribuitur iuxta mēsurā meritoꝝ mēsura p̄miorū ꝓm eīz mensurā meriti ē mēsura p̄mii. vnde Gre. 4. moral. q̄ ī electis in hac vita ē discretio operū. ī alia quoq3 vita ꝓculdubio erit discretio dignitatū. vt quo hic ali⁹ aliū sup̄at. illic ali⁹ aliū retributiōe trāscēdat. z q̄uis illa retributōis dignitas eq̄lis nō sit. vna tamē oīb⁹ beatitudīs vita erit. ꝓpt qđ apoc. 21. dicit̄ q̄ illa supna scā ciuitas Hirl'm mēsura arūdinea aurea metita ē. q2 certis gradib⁹ dignitatū mēsurati supni ciues celestis ciuitatis ordinē ꝯstituūt. Secūdo describit hoc p̄miū q̄tū ad p̄fectionē // bonā // bonū ē illud beatitudīs p̄miū. īmo bonū oīs boni. ꝯplectēs ī se q̄cūq3 vā sūt bona. vnđ Boeci⁹ ī đ ꝯso. beatitudo ē stat⁹ oīum bonoꝝ aggregatione pfect⁹. q̄ vō sint illa bona q̄ p̄parauit de⁹ diligētib⁹ se: fide non capit̄. spe nō attingit̄. caritate nō ꝯp̄hēdit̄. desideria z vota trāsgredit̄. acqri pōt: extimari nō pōt. vt dicit Aug. 22. de ciui. dei ibi eīz vt dicit idē. qcqd amabit̄ aderit nec desiderabit̄ qđ non aderit. oē qđ ibi erit: bonū erit. z sūm⁹ de⁹ summū bonū erit. Tertio describit hoc p̄miū q̄tum ad plenitudinē // z ꝯfertā // .i. plenā. plena nāq3 erit aīa celesti beatitudine. ita vt nihil aīe aut mētis aut ītellectus sit vacuū a gr̄a. p̄s. replebimur ī bonis domus tue. Quarto describit hoc p̄miuz q̄tū ad sui firmitatē // z coagitatā // q.n. firma eē volum⁹ cogitam⁹. tale eīt beatoꝝ p̄miū. q2 stabilitū z securū. vnde ꝓsp de vi. ta ꝯtēpl'. futura vita ibi credit̄ eē: vbi ē certa securitas. secura trāquillitas. trāqlla iocūditas. felix etnitas. eterna felicitas: vbi ē amor pfectus. timor null⁹. dies etern⁹. alac motus. z vn⁹ oīum spūs. Ul' istud p̄miuz dicit̄ coagitatū rōne gaudii đ mutua beatitudīe sc̄oꝝ. q2 dū oēs gaudebūt đ beatitudine alteri⁹. beatitudo cuiuslib3 alteri coagitabit̄. 5° describit. hoc p̄miū q̄tū ad habūdantiā // z supefluētē // supefluēs dicit̄. q2 excedit merita nr̄a. dedim⁹ tpalia ingt ꝑ eternis. mūdana ꝑ diuinis. z ꝑ celestib⁹ terrena. uel dicit̄ supefluēs. q2 a plenitudīe beatitudīs aīe redūdabit glīa ī corp⁹. vnde Aug. ī epl'a ad Dyoscoꝝ. tā potētez de⁹ fecit aīam. vt de ei⁹ plenissima beatitudīe q̄ ī fine tēpoꝝ scīs ꝓmitt̄. redūdet ī iferiorē nām. q̄ ē corp⁹. nō beatitudo q̄ intelligētis z fruētis ē ꝓpria. s3 ī corruptionis vigor // dabūt // pr̄ z fili⁹ z spūs sāctus. vl' ꝓm glo. dabūt illi qb⁹ īpēdistis mīe opa. q2 erāt cā vt de⁹ det // in sinuz vr̄m // ꝓm Gre. nihil securi⁹ z amabili⁹ ē eo. qđ collocauim⁹ ī sinu. 2° ponit̄ eq̄litas retributiōis cuiuscūq3 opis // eadē q̄ppe mēsura q̄ mēsi fueritis // ī merito // remetiet̄ vobis // ī p̄mio. q2 vt dic̄ Basili⁹ q̄ mēsura vnusq̄sq3 peccat. aut bene agit. eadez premia aut penas feret. q̄ enim pena sit ꝓm mensuram culpe. legitur Deutro. 25. ꝓm mensurā delicti

erit ꝛ plagaꝝ mod⁹. ꝛ Apoc. 18. q̄ꝫtum glificauit se ꝛ fuit ī delicus. tātuꝫ date illi tormētū ꝛ luctū. Sꝫ dices nō videt̄ q̄ ṡm eādeꝫ mēsurā malū puniat̄. q̄ per petratū ē. q2 peccat hō tp̄aliter. ꝛ eṫna liter punit̄. Et dicēdū q̄ peccatū qđ hic ꝑ pn̄itētiā nō delet̄. in futura vita durat ieternū. iō pena ei debet̄ eterna. Itē ṡm Gre. q2 hō impenitēs q̄ꝫtū ī se ē peccauit eternaliter. iō eternalit̄ punit̄. q2 ꝯtra eternū ꝛ īfinitū bonū peccauit. Cōsiderādū est aūt q̄ ī oī dei ope simł̄ sūt mīa ꝛ iu titia. vnde sic reprobos eternaliter iuste punit. q̄ tamē misericorditer mitigat eoꝝ penā. nō eīm ꝯtinet ī ira sua mīas suas. iustos v̄o sic eternaliter iu te glificat. q̄ tamē misericorditer vltra merita dat gl̄iaꝫ. Ro. 8. non sūt ꝯdigne passiōes hui⁹ tp̄is. ad futuram gliaꝫ q̄ reuelabit̄ ī nobis ꝛc̄.

Tertia pars.

Ertio cum dicitur Dicebat autem illis.

tāgit̄ quo ordīe faciēdū sit qđ dā mīe op⁹. qđ ē correctio. q2 corrigēs dꝫ īcipē a seipo. eccle. 3. miserer̄ aīe tue placēs deo. et ostēdit q̄ttuor cē necessaria iudicāti. prīo eīꝫ dꝫ hr̄e iuris notitiā. vnde dicebat ∥ dicebat aūt ill̄ silitudinē nūqđ pōt cec⁹ ∥ iudex ∥ cecū ∥ ꝑl̄m ∥ ducē ∥. i. dirigē ī regulā iustitie. ꝛ vitā eternā ∥ nōne ambo ī foueā ∥ ꝑditiōis ∥ cadūt ∥ Her. 1°. grex ꝑdit⁹ factus est ꝑpl̄s me⁹. pastores seduxerūt eos. nā vt dicit Aug. 9. đ ci. dei. Ignorantia iudicis ut plurimū ē calamitas īnocētiū q̄ si aliqs dicēt ignorātiā iudicis posse corrigi ꝑ subiectos. q̄si respōdēs dicit ∥ nō ē discipul⁹ sup magr̄m ∥ vt error magistri possit corrigi ꝑ discipulū. imo sufficit discipulo imitari magr̄m. vnde addit ∥ ꝑfect⁹ aūt oīs erit. si sit sicut magr̄ ei⁹ ∥ ꝑfecti o nāq̄ꝫ discipuli est disciplina magr̄i. 2° nō ē iudex idone⁹ q̄ ḡuiorib⁹ detinet̄ crimīb⁹. ēt si hēat iuris notitiā. vnde subđ taliā ꝑabolā ∥ qđ aūt vides festucā ∥. i. passionē aut leue peccatū sicut ire aut iocosi v̄bi. vl̄ ēt tēptationis carnis ∥ in oculo f̄ris tui ∥ q̄ tamē oculū nō excecāt. lꝫ turbēt ∥ trabē aūt ∥. i. magnū peccatū vt odiū. adulteriū. vitiuꝫ ꝯnām. ꝛ alia huiusmōi. q̄ merito trabes dicūt̄: q2 magno īpetu in trāsuerso aīe posita. ad ꝓfūda trahūt īferni ∥ q̄ in oculo tuo est nō ꝯsideras ∥ q2 relicta sui ꝯsideratione. alioꝝ ꝯsiderat culpas. 3° nō ē idone⁹ alioꝝ corrector. q̄ se nō pri⁹ correxit. vnde subdit ∥ aut quō potes dicere ∥ ferēdo sn̄iam ∥ f̄ri tuo. f̄r sine eiiciam ∥ aut absoluēdo. aut corrigēdo. aut sacramēta eccl̄e mīstrādo ∥ festucaꝫ de oculo tuo. ipe aūt ī oculo tuo trabē non vidēs ∥ hoc eīꝫ dicē nō pōt sine ꝯfusione sui. si peccatū ei⁹ sit notū. nec dicere pōt saltē sine rep̄hēsiōe ꝓprie ꝯsciē. si peccatū sit occultū. q2 nō uult domi⁹ ut correctiōis assumat officiū. q̄ ꝓpriis ē peccatis obnoxi⁹. vnde. Jo. 8. q̄ sine peccato est v̄rm ī illam lapidē mittat. 4° documentū adiūgit ∥ ypocrita ∥ ypocrita dr̄ simulator. ꝛ reuera peccator corrigens aliū. ypocrita est. q2 actu correctionis se īmunem ostendit a peccato. cū nō sit ∥ Eiice primū trabem de oculo tuo ∥ hic est rectus ordo ut primo seipꝫ corrigat. vnde Gregorius. durum ē ut qui nescit tenere moderamina vite sue: iudex fiat aliene. Ecclesi. 7. noli querere fieri iudex. nisi valeas virtute irrūpere iniq̄tates ∥ ꝛ tunc ꝑspicies. i. ꝑfecte aspicies ∥ vt educas ∥ auctoritate regimīs ∥ festucā de oculo f̄ris tui ∥ q2 lꝫ iudex sit supior auctitate

regiminis. fr tamē est ꝑitate fidei ꝛ uocat. oīs. ꝛ iō fraterne dꝫ corrigē. in oībus istis vt dicit Basili⁹ ꝯsiderādūꝫ ē qͣte sit difficultatis alios iudicare. qꝛ oꝫ vt prīo seipsos ꝯspiciāt ꝛ emēdēt. qđ videt grauissimū oīum. qꝛ cū oculus cūcta videat exteriora. tamē sup se visu nō vtit. ita ꝛ nr̄ itellect⁹. cū alienuꝫ velocit ꝓspiciat peccatū. lētus ē tamen ꝓprios peruidē defect⁹ ꝛc̄.

Dominica secūda post penthecostes.

Prima pars.

Omo quidā fecit cenam magnā ꝛ vocauit mul. ꝛc̄. Luc. 14. si hoīes sicut bestie solā haberēt naturā sensibilium. mirū nō eēt eos tam ardēter ꝓseq hec bona corꝑalia. ceteris aīalib⁹ cōia. nūc vo habētes discretiōis iudiciū ꝛ rōnis īuestigationē. multū sūt reprehēdēdi. qꝛ vera bona rōnalis eis ꝓpria qrere omittūt. solū sensibilib⁹ īherentes. ꝛ iō sicut ad cenā nō fuerūt ītromissi. q voluit ꝓbare boues. ꝛ q voluit vidē uillam. ꝛ q duxit vxorē. ita tria hec vitia .s. ꝯcupiscētia carnis. ꝯcupiscētia oculoꝝ. ꝛ supbia vite. celestē ꝑatriā claudūt mūdi amatorib⁹. vnde vsus. Uxor villa boues cenā clausere vocatis. Mūd⁹. cura caro celū clausere renatis. de hoc igit sub silitudinis figura agit in ꝑsenti euāgelio. qđ ī tres ptes diuidit. in quarū pria tāgit dīna magnificētia. 2° subdit hūana negligētia. ibi. ꝛ ceperūt oēs. 3° postponit iusta snīa. ibi; tūc iratus ꝛc̄. Circa pmū dīna magnificētia in trib⁹ ostēdit. prīo ī ꝑparatōe magne cene. magnifici eīm ē magna facē. vnđ dicit // hō qdā // iste hō ꝯm Cirillū de⁹ pr̄ ē: nō ꝯm nē vitatē. sꝫ qꝛ ad silitudinē ei⁹ ꝯdit⁹ ē hō. vel ut dicit doctor grecus. hō ē rōne benignitatis ꝛ mīe ad hoīes. Pōt ēt dici q iste hō xp̄s ē rōne vitatis nē. qꝛ vbū caro factū ē. nomē ꝓpriū ipsi⁹ subticet. qꝛ misteriū noīs ei⁹ nulla pōt creata cōprehēdē. Ysa. 9. vocabit nomē ei⁹ admirabilis. sed describit cōi noīe discreto cū dicit // hō qdā // hō qdem rōe vitatis nē. sꝫ quidā rōe singularitatis ꝑsone. cui⁹ singularitas ī mltis apparet. prīo ī vniōe ad vbū. hebre. 1°. cui eīm aliquādo nō dico hoīuꝫ sed ēt angeloꝝ dixit pr̄. fili⁹ me⁹ es tu. ego hodie genui te. singularis ī inocētia. ecclē. 7. virū de mille vnū repi. singularis ī origīe. qꝛ ꝯcept⁹ de spū sācto. ꝛ natus de vgīe. Ysa. 53. generationē eius qs enarrabit. singularis ī ptāte. Mat. 24. data ē mihi oīs ptās ī celo ꝛ ī tra. singularis ī saluatōe. qꝛ nō ē datū aliud nomē hoīb⁹ sub celo. ī quo oporteat saluos fieri credētes. Act. 4. singularis ī redētiōe. qꝛ nō ē īuēt⁹ nec ī celo nec in tra. nec subt⁹ terrā. q eēt dign⁹ apire librū redētiōis nr̄e. ꝛ soluē signacula ei⁹ nisi hic agn⁹ inocēs q tollit peccata mūdi: ut dr̄ Apoc. 5. // fecit. i. ꝑparauit // cenā magnā // cena ista refectio vite etne ē. Luc. 22. ego dispono uobis. sic dispo suit mihi pr̄. ut edatis ꝛ bibatis sup mēsaꝫ meā ꝛc̄. nec illa rfectio carnalit itelligēda ē. sic credūt sarraceni se in vita etna debē vti cōmestibilib⁹. ꝛ actibus carnalib⁹. turpis eīꝫ eēt tal vita etna. sꝫ ē spūaliter ista refectio ītelligēda. nec eīꝫ corp⁹ tūc īdigebit cibo qꝛ sci nec esuriēt nec sitiēt ampli⁹. sꝫ ista refectio eīt ī gustu aīe clare. deum vidēdo. gliose amādo. ꝛ pfecte illi īberēdo. ꝛ hūi ista beatitudo cena dicitur. quia sicut cena parat declināte die. post quā nulla est refectio. sic vita eterna datur post diem

vite p̄sentis· vbi nihil aliud expectat̄.
Est eīm cena magna īmo maior immo
maxīa· adeo vt eiꝰ īmēsitas· in cor ho
minis nō possit ascēdē. Ysa.64.oculꝰ
nō vidit· nec auris audiuit· nec in cor
hoīs ascēdit zc̄. Aliter s̄m Cirillū. cena
ista magna sacramētū ē corpis z sāgui-
nis domī nr̄i iehsu xp̄i· quo reficiūt aīe
digne sumētiū. Jo.6.caro mea vē ē ci
bus zc̄. ista refectio cena dicit̄· z dicit̄
magna· z dicit̄ facta ab hoīe xp̄o. cena q
dem nō ex hoc solo· q2 hoc sacramētum
fuit īstitutū i cena domī· s3 ēt ex ꝓprie-
tate vocabuli. dicit̄ ei3 cena a cenon qđ
ē nouū· z reuera hoc sacramentū reno-
uat mētē ab oī vetustate. ps̄. replet in
bonis desideriū tuū· renouabit̄ vt aq̄le
iuuētus tua. vl' dicit̄ cena a cenon qđ ē
oē. q2 vt dicit Urbanꝰ papa ī hoc sacra
mēto sp̄ualium oīum dulcedo carismatū
q̄si i suo fonte potat̄. vl' dr̄ cena a cenon
qđ ē ūbra q2 sub ūbra accidētiū panis z
uini uex̄ sāguinē z carnē sumimꝰ. can.
2. sub vmbra illiꝰ quē desiderauerā se-
di· z fructꝰ illiꝰ dulcis ē gutturi meo. di
cit̄ etiā ista cena magna· q2 nō qcūq3 ci-
bus ī ea patus ē· s3 ip̄e q dat escā oī car
ni· magnꝰ z filiꝰ altissimi. iste cibꝰ mag
nus ē z nobil'. prīo q2 celicꝰ. sap.16. pa
nem d̄ celo p̄stitisti eis. Jo.6. ego sū pa
nis viuꝰ q̄ de celo descēdit. 2° cibꝰ ē an
gelicꝰ. ps̄. panē angeloꝝ māducauit hō
3° cibꝰ ē viuificꝰ. vnde Aug. sup. Jo.
cū eīm cibo z potu id appetāt hoīes· vt
nō esuriāt nec sitiāt· hec veraciter non
p̄stat nisi iste cibꝰ z potꝰ· q eos a quibus
sumit̄ īmortales z icorruptibiles facit.
vltīo iste cibus ē deificꝰ· vniōnē eīm
īter nos z deū facit· z nos ꝯuertit i ip̄m
Aug.7.ꝯfes. nec tu me mutabis· sicut
cibū carnis tue ī te· s3 tu mutaberis in
me. Jo.6. qui māducat meā carnem z
bibit meum sanguinē ī me manet· z ego
in illo. Vlterius cenā istā fecit xp̄s i3 se
nec eīm v̄tute meriti cuiuscūq3 hoīs
fieri pōt· nisi in s̄mone xp̄i. vnde Au.
de eccle.dog. dicit hoc sacramētū non
in merito consecrātis· sed in verbo effi
citur creatoris. z Ambrosꝰ libro d̄ sa-
cramētis. vbi xp̄i verba accedūt ad pa
nem z vinū· est sanguis z corpꝰ. dūm ēt
audi dicētem. accipite z cōmedite ex eo
oēs· hoc ē corpꝰ meū. z ante v̄ba xp̄i ca
lix vino z aqua ē plenus: cum aūt v̄ba
xp̄i ꝓlata fuerint· sanguis efficit̄. Se-
cundo diuina magnificētia cōmēdatur ī
multoꝝ vocatiōe || z vocauit multos ||
ad cenam vite eterne vocati sūt multi·
omnis v3 multitudo credentiū. prima
Pe.5. deus oīs grē vocauit nos scil3
credētes in eternā suam glīam. Est ei3
deus liberal' z magnificus· vnde uult
multis cōicare maiestatis sue glīam.
prīa Thi. prīo. uult oēs hoīes saluos
fieri z ad agnitionē veritatis perueni-
re. Tertio commēdatur dei magnifi
centia a missione serui || z misit seruum
suum || Iste seruus vt dicit Cirillꝰ xp̄s
est qui cum esset naturaliter p̄ri equal'
exinaniuit semetipsum formā serui ac-
cipiens. cuius missio eius est īcarnatio
vnde Aug. eo intelligitur missus quo
īcarnatus || hora cene || .i. tempore grē
quo xp̄s est missus. Gal.4. at vbi ve
nit plenitudo tp̄is· misit deus filiū suū
zc̄. || dicere inuitatis vt venirēt || vnd
clamat iste seruus. Mat.11. venite ad
me omnes qui laboratis z onerati estis
zc̄. || quia iam parata sūt oīa || ante xp̄i
aduētum nōdum erat ista cena parata·
quia nullꝰ poterat īgredi vitā eternā.
s3 īmolato xp̄o vt dicit Gre. p3 celestis
regni aditꝰ· sicut aūt xp̄s fuit missus a
p̄re· ut īuitaret uocatos ad cenā· ita ip̄e

seruos suos apl'os misit. & mittit p̄dica
tores: vt dicāt nobis. venite ad cenā.
q2 parata sūt oīa. Jo. 20. sicut misit me
pr̄. & ego mitto vos. festinem⁹ igit: vt
dicit Ber. ad locū tutiorē. ad agrū ube
riorē. ad pastū suauiorē: ut hītem⁹ sine
metu. habūdem⁹ sine defectu. epulemur
sine fastidio. & Cyprian⁹. ꝑperem⁹ igr
& curram⁹ ad patriā nr̄am. vt videre
possim⁹. ut parētes salutare ualeam⁹.
magn⁹ illic caroꝝ nūerus nos expectat
parētū. fratrū. filioꝝ. frequēs nos copi
osa turba desiderat. iā de sua icolumita
te securi. adhuc de nr̄a salute sollicitī.
ad hoꝝ ꝯspectū & ꝯplexū venire magna
nobis & ill' erit letitia &c. Secūda ps.

Ecūdo cum dicitur Et ceperūt

omnes &c. tangit hūana negligentia. q̄
peccatores amātes tpalia excusāt se de
spūalib⁹. & diuidit i tres ptes. i pria ge
neraliter ponit vocatoꝝ excusationē3 //
& ceperūt se sil' oēs excusare // Gre. ecce
hō diues iuitat. & paup occurrē festiat:
& tamē ad dei iuitamur ꝯuiuiū & excusa
mus. offert ergo deus qd rogari debu
it. nō rogatus dare uult. qd uix sperari
poterat. & tamē sil' oēs excusāt. vnō sic
frequēt ꝯtigit: q2 volētes se excusar̄ ac
cusāt. ita oīs excusatio ab igressu vite
eterne accusatio ē. nulla eī m pōt huc ex
cusatio cadē. oēs se excusāt: & si nō vbo
saltē cogitatu. saltē facto. & videm⁹ q2
excusāt se iuuenes ab ista cena volētes
interī uti creatura. tāq2 i iuuētute sua
sapie. 3°. & dicūt q2 i senectute ꝯuertēt.
Isti sūt vt dicit Aug. 8. ꝯfes. misi ado
lescētes. q petūt a deo ꝯtinentiā & casti
tatē. s3 nolūt eā adhuc hr̄e. timēt ei3 ci
to exaudiri & sanari a morbo ꝯcupiscen
tie. quē poti⁹ volūt cōpleri q̄3 extigui.
Jtē excusāt se antiq' de defectu etatis
Quidā de impotētia. cū nihil tamē im
possibile deus mādauerit. Quidā de sol
licitudie rei familiaris. Quidā se excu
sant q2 i fine vite peniteāt. nō aduertē
tes q2 finis vite ē ad premiū nō ad meri
tum. q̄ oīa ꝯtingūt vt dicit Gre. ꝑpter
drām spūalium deliciaꝝ & corpalium.
corpales ei3 cū nō habētur valde desi
derātur. habite vo fastidiūt. s3 spūales
nō habite sūt i fastidio. habite aūt i desi
derio. si igit gustarēt hoīes q̄3 suauis ē
dominus. & aliquē odorē celestis cene
pciperēt. pfecto ad spūales delicias cur
rerent. nūc vo ifectū habēt gustū sicut
febricitātes. vnde illā nō sentiūt dulce
dinem. Secūdo in spāli ponūtur tres
excusationes. quaꝝ pria ē superboꝝ. q
amāt doīatiōes mūdi // pm⁹ dixit // pri
ma excusatio ē de pri'o vitio qd ē super
bia // villā emi // Aug. i villa empta do
minatio notat. qui eī m h3 villā. regiōi
& icolis dominat. & bene dicit eē empta:
q2 magnis piculis laborib⁹ & tribulati
onibus emit dominatio // & necesse ha
beo // necessitas ista assumpta ē nō coac
ta // exire // per istā dominationē exit hō
a seipso. q2 relicto ꝓprio regimie & do
minatiōe suiipsius. ambit exterioꝝ re
gimen // & videre illā // vidēt & diligent
attendūt tyrāni. ne ista villa ab eis au
ferat ꝯspiratiōib⁹ aut alio mō // rogo te
habe me excusatū // nō exaudit ista roga
tio excusatiōis. nouit ei3 de⁹ eos sic eē
dispositos. q2 si sciret se nō hr̄i excusatos
tū exirēt vidē illā villā. Et attēde q2
ista rogatio videt eē hūilitatis. sciūt. n.
supbi q2 nūq3 exaltat nisi hūilitas. q2 ut
dicit eccle. 9. odibil' ē corā deo & hoīb⁹
supbia. nō. n. supiorē aut parē patit & iō
ut p ueiāt ad itētū dn̄andi hūilitatē quā
i cōde ū hūt vbis ondūt & gestib⁹. d gb⁹

eccle. 9. e q negligit se humiliat, et interiora eius plena sunt dolo. Deinde ponit secundam excusationem, que est avarorum, // et alter // scilicet avarus, alterum enim vitium post superbiam est avaritia // dixit iuga boum emi quinque // bos sensum humanum et affectum eius significat, bos enim non portat sed trahit, bos est pigrum animal, et recalcitrat stimulo, ita sensus piger est ad bonum, et omni ad bonum stimulanti recalcitrat. dicuntur autem esse quinque iuga. iugum enim est ex duobus bobus, sic et quilibet sensus duobus utitur organis, ut iugum v. s. ex duobus est oculis, auditus ex duabus auribus, olfactus in duabus naribus, gustus in palato et lingua, tactus autem licet sit in toto corpore, tamen ut dicit Aug. voluptas carnis que ad tactum pertinet geminatur, est enim intrinsecus et extrinsecus, vel quia due sunt manus tactui deservientes. istos sensus avarus dicitur emere: quia bona temporalia his percepta sensibus, cum ipsius non sint, ea tamen desiderio sibi vendicat. aut etiam emit: quia magnis periculis et laboribus acquirit // et eo probare illa // tunc avarus probat iuga boum quando experitur quod possint temporalia que sensu desiderant. probat namque usurarius quod possit pecunia in lucro. probat cupidus quod possint possessiones in fructu // Rogo te habe me excusatum // si causa excusationis iusta fuisset, dignum erat rogationem eius exaudiri. nunc vero quia rusticanum opus preposuit nobilitati celestis cene, nulla est excusationis ratio. Deinde ponit tertiam excusationem que est luxurie // alius dixit // s. luxuriosus // uxorem duxi // ista ut dicit Aug. voluptas carnis est, que multos impedit. quam voluptatem honorabili vocat nomine coniugii, quia ut dicit Gre. licet coniugium bonum sit ad propagandum sobolem divina providentia institutum, nonnulli tamen non fecunditatem prolis, sed per hoc desiderium expetunt voluptatis. vel nomine uxoris appellat, eo quod quidam sic fruuntur illicitis desideriis, ac si voluptas esset uxor // et ideo non possum venire // ecce malum huius vitii, quia tenet ligatam animam: ut ad deum non possit accedere, etiam quando vult. quia ut dicit Basilius. intellectus humanus vergens ad immundicias et illecebras debilis est ad agendum divina. consuetudine enim actus carnalis fit cathena necessitatis constringens hominem. unde Au. 8. conf. ex voluntate perversa facta est libido, et dum libidini servitur, facta est consuetudo, et dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Et attende quod non rogavit iste se haberi excusatum, quia homines taliter dispositi, frequenter erubescunt orare deum, vel quia contemnit etiam iram invitantis, impius enim cum in profundum venerit vitiorum contemnit. Tertio ponitur renunciatio servi // et reversus servus // predicatores dicuntur reverti ad deum, quando post exteriores ubi occupationes redeunt ad seipsos, de seipsis considerantes, et divinitatem interna mentis contemplatione intuentes // nuntiavit hec domino suo // nuntiant predicatores deo fructum quem fecerunt in predicatione de conversis deum laudando et orando pro eis. pro his vero qui dei verbum contemnunt dolere et gemere, ante deum quodam annuntiare est. et ut dicit Aug. non indiget deus nuntiis propter inferiorum scientiam, quasi per eos scientior fiat, qui omnia novit stabiliter et incommutabiliter, sed nuntii sunt: ut deo assistant, eumque de inferioribus agendis consulant. Job 38. mittes fulgura et ibunt, et revertentia dicent tibi adsumus.

Tertia pars.

Tertio cum dicitur Tunc iratus

ponitur iusta consecuta sententia, que triplex est, videlicet prima de aliquorum introductione // tunc iratus paterfamilias //

pr̄ familias de⁹ ē. cui⁹ familia sūt oēs an geli. oēs electi ⁊ fideles. hāc eīm famuliā ipse creauit. ꝯseruat. ordinauit. ⁊ distinxit officiis. iuste vo de⁹ irascit̄ ō negligētia boīum. q paratā ꝑ eis eterne vite cenā ꝯtēnūt. ⁊ vilib⁹ cibis implēt mentē. Et nō vt dicit Basili⁹: ꝙ de⁹ irascit̄. nō ꝙ passio ire diuine sube accidat. ſ3 talis opatio q̄ ī nobis fit ab ira. sicut punitio dei ira ⁊ īdignatio dicit̄. q̄ ira q̄ꝫto purior ⁊ sine passiōe ē. tāto firmior ē ⁊ grauior. Hier. 10. ab īdignatione ei⁹ cōmouebit̄ terra. ⁊ nō sustinebunt gētes cōminationē ei⁹. ⁊ in orōne r̄gis manasse dicit̄. oēs pauēt ⁊ tremūt a uultu vtutis tue. ⁊ īsustentabilis ira cōmotiōis tue sup peccatores. formidinem ire ei⁹ null⁹ poterit sustinē: ꝑut legit̄. Apoc. 6. reges terre ⁊ pn̄cipes terre tribuni ⁊ diuites. ⁊ fortes ⁊ oīs ſu⁹ ⁊ liber abscōderūt se ī speluncis ⁊ petris montiū. ⁊ dicūt montib⁹ ⁊ petris. cadite sup nos. ⁊ abscondite nos a facie sedentis sup tronū. ⁊ ab ira agni. quoniā venit dies magn⁹ ire ipsoꝝ. ⁊ q̄s poterit stare. Deinde mādatū īponit // dixit ſuo suo. exi // debēt p̄dicatores exire ab ītimis ꝯtēplatiōis ad exteriorē vbi denūtiationē. Mat. 13. exiit q seminat seminare semē suū // cito // qꝛ mora trahit piculū. t̄p̄s eīm breue ē. pria. Jo. 2. filioli mei nouissima hora ē // in plateas ⁊ vicos ciuitatis // ciuitas ista mūd⁹ ē. cui⁹ platee ꝓspera ei⁹ sūt. vici vo aduersa mūdi. ⁊ paupes q habēt sube defectū. dicūtur eīm paupes: q̄si parū impera habētes // ac debiles // q habēt vtutis ⁊ vigoris defectū // cecos // q nullius īgenii lumē habēt: vt dic̄ Gre. // ⁊ claudos // q rectos ī opatione gress⁹ nō habent // ītroduc huc // de plateis eīm. i. de ꝓsperitate mūdi ceci ītroducūt. ⁊ claudi. ceci quidē sūt q t̄palium successu rerū ignorāt qd futa ill̄ pariat dies. claudi vo sūt q habēt deprauatū affectū ad ꝓspera mūdi. vel ceci sūt ⁊ claudi. q scandalizātes pedē aut oculū a se abiiciūt. ītentionē v3 ⁊ affectū mūdi. introducūtur eīm tales ad vitam. Mat. 9. bonū est tibi ad vitam īgredi luscū aut claudum. de vicis vo. i. de aduersitatibus mūdi ītroducūtur pauperes. quib⁹ est bonoꝝ t̄palium defectus. Luc. 6. beati paupes quia vr̄m est regnū dei. ītroducūtur etiā debiles. qui ī isto mundo nō habēt statum dignitatis. aut potētie pria. cor. 1°. infirma mūdi elegit deus. ⁊ ignobilia ⁊ contēptibilia: vt ꝯfundat fortia. Deinde pon̄ ī serui obediētia // ⁊ ait ſuus. domine factū ē vt impasti // reuera ita fit: vt domin⁹ impauit. q̄a ī regnū eterne beatitudīs ꝑ magna pte ītroducūtur. q aut carēt t̄palib⁹. aut habentes ea contēnūt // ⁊ adhuc locus est // ecce prudēs explicatio adhuc certe ē in celo locus vacu⁹. quē predestinatis oꝫ impleri anteq̄ꝫ mūdus finiat̄. Apoc. 6. respōsum fuit aīabus sāctis petētibus corpoꝝ resurrectionē. adhuc sustinete modicū tēpus. donec impleat̄ numerus frm̄ vr̄oꝝ. Secūdo ponit̄ sententia de quorūdam cōpulsione // ⁊ ait domin⁹ seruo suo. exi ī vias ⁊ sepes // in viis habitāt qui multa reꝝ varietate ⁊ aduersitate cōpellūtur. nō figere aīmū ī mūdo. ſ3 eo quasi via pegrinatiōis vti. in sepib⁹ vero habitāt quos mūdus despitiēs q̄si extra se abicit // ⁊ cōpelle ītrare // cōpellūt nos ītrare ad cenā: timor īferni. ⁊ etiā aduersitas reꝝ t̄palium. vnde Gre. hos eligit de⁹: quos mūdus despicit. quia plerūq3 ista despectio hominē reuocat ad seipsum. ⁊ tāto celeri⁹ vocē dei aliq audiūt. q̄ꝫto in mūdo nō

ad deū citius ire compellūt // vt impleat domus mea // domus prīsfamilias vbi fit eternū cōniuiū celestis prīa est · q̄ magne capacitatis ē. Bar. 3. O isrl' q̄ȝ magna est dom⁹ dei ⁊ īgens loc⁹ possessiōis eius. Est munditie ⁊ scītatis. ps̄. domū tuā decȝ scītudo. Est decoris ⁊ pulchritudis. ps̄. dn̄e dilexi decorem domus tue. Est laudis ⁊ btītudinis. ps̄. btī qui hītāt ī domo tua dn̄e ī secula seculoꝝ laudabūt te. Ad hāc domum suspirabat Dauid dicēs. Quā dilecta tabernacula tua dn̄e ꝟtutū · cōcupiscit ⁊ deficit aīa mea ī atria dn̄i. Nō q̄ quattuor genera hōīnū ītroducūt ad celestē cenā. s. ceci ⁊ claudi · pauperes · ⁊ debiles · qui oēs assumūt de quattuor statib⁹ · quoꝝ duo sūt intra mūdi huius ciuitatem. s. plateaꝝ ꝓspitas · ⁊ aduersitas vicoꝝ. duo ꝟo sūt extra mūdū. s. status religionis · q̄ est ī via · ⁊ status p̄latōis · qui ē ī sepib⁹ · sepes enī ꝓtegit ea q̄ icludit · ꝺ p̄lato ꝟo dr̄. Eze. 22. q̄siui viꝝ qui iter pōeret sepeȝ · ⁊ starȝ oppositus ꝯ̄ me pro terra · ne dissiparē eā. Nō q̄ celorūȝ regnū qdā violenter rapiūt · ⁊ sūt martires · ⁊ quicūq̄ȝ carnē macerant. Mat. xi. A dieb⁹ iohānis regnū celoꝝ viȝ patit · ⁊ violenti rapiūt illud. Quidaȝ ꝟo illud furāt ꝑ cōtēplatōem · sicut Maria magdalena · q̄ sedebat ad pedes dn̄i audiēs ꝟba ei⁹. Quidā aūt illud emunt ꝑ elymosinaꝝ largitōm. vnde Augu. li° de spū ⁊ aīa. Ecce īgt venale est regnū dei · eme si vis · tātū valȝ quātū habes q̄ si nihil hēs · teip̄m da · ⁊ habebis illd. Quibusdā ꝟo hoc regnū ḡtuito datur · pueris. s. descēdentib⁹ in sacro ecclesie · qui nullis suis meritis saluantur. ps̄. ꝓ nihilo habuerunt terrā desiderabilem. Quidā ꝟo etiā cōpellūt ītrare vrgentib⁹ aduersitatib⁹ mūdi · ⁊ egestate qualis fuit filius ꝓdig⁹ · qui egestate compulsus rediit ad p̄rem. Luc. 15. ps̄. Imple facies eoꝝ ignomia ⁊ q̄rent nomen tuū. Tertō ponit metuēda sententia de reprobatōe quorūdā // Dico aūt vobis // cuius dicere infallibile est // q̄ nēo viroꝝ illoꝝ qui vocati sūt // ⁊ neglexerūt venire // gustabit cenaȝ meā // Ergo vt dic Gre. Nēo ꝯtemnȝ ne dū uocat⁹ excusat · cū voluerit ītrar̄ n̄ valeat ⁊c̄.

Dn̄ica tertia post penthecostes.

Prima pars.

Erāt appropinquantes ad hiesū publicāi ⁊ peccatores ut audirent illū ⁊c̄ Luc. 15. ⁊ Mat. 18. Quāta sit benignitas dei ⁊ māsuetudo circa pcōres · p̄sens euangeliū declarat · in quo prīo ostenditur q̄ȝ mīſcorditer deus suscipiat ad se redeūtes. Secūdo q̄nto labore ꝑquirat errantes. ibi. Et ait ad illos. Tertō q̄ȝ diligenti sollicitudīe īueniat abeuntes · ibi. aut q̄ mulier. Circa primum duo facit. prīo enī ponit pcōꝝ accessūȝ ad xp̄ȝ // Erāt appropinquātes ad hiesuȝ publicāi ⁊ pcōres // publicani dicūtur qui exigunt tributū reꝝ venaliū · maxime eaꝝ rerū q̄ nauigio ferunt · q̄d q̄a difficilit fit sine pcō · ꝓpt implicatōem cure secularis · iō īter pcōres cōnumerāt · aut ꝓpt hoc q̄ ꝓhibita erat iudeis talis exactō. p°. Esdre. 7. vectigal tributū ī ānonas nō habetis ptātē īponēdi. ideo isti tāq̄ȝ alioꝝ raptores · dicūt publicani pcōres · vnde etiā alio mō dr̄ publican⁹ · ex eo q̄ publice peccet. Nō q̄ pcōres debēt accedē ad xp̄m · sicut īfirm⁹ ad medicū · pauper ad thesauꝝ · esuriēs ad cibū · cec⁹ ad lumē · ꝟuus ad libertateȝ · captiuus ad redemptōm · laxatus ad requiē · ⁊ mortu⁹

ad vitá. Sűt enī pcõres infirmi spūalr
1. Macha. xi. īfirmati sűt méte · ꝛ clama
uerűt · tot enī patiűꝛ genera īfirmitatű ·
quot pcīs sűt vlnerati · vnđ necesse hűt
accedē ad medicum xpm · vt sanenꝛ qui
ꝓpiciatur oīb⁹ iniquitatib⁹ nr̄is · ꝛ sanat
oēs īfirmitates aīe. Jtē sűt pcõres egē
tes ꝛ paupes diuitiis gr̄e. ps̄. Ego vo
egen⁹ ꝛ paup sű. qua ꝓpꝛ accedunt ad xpm
thesaurꝰ oīs bõi: ut ditenꝛ qui dat oībus
affluēter. Est enī diues ī oēs qui eű inuo
cát. ps̄. adiuuit pauperē de īopia. Jtez
sűt pcõres esurīētes ꝛ sitiētes. ps̄. Esu
rientes ꝛ sitiētes · aīa eoꝝ ī ip̄is defecit
hec enī tēpalia nõ possűt tollerꝛ famē aīe ·
sűt enī sicut siliq̄ cib⁹ porcoꝝ · q̄ itus va
cue sűt ꝛ potius īflant ventrem q̄ȝ satiēt
Rursus ip̄a tēporalia nõ extīguűt ardo
rē sitis · sunt enī velut aq̄ sallita q̄ am-
plius sitī accēdit · q̄nto āplius fuerit gu
stata · et iõ necessariű est peccatoribus
ad deű accedē · qui ē cib⁹ v̄us ꝛ fons aq̄
vite: vt nõ esuriāt nec sitiāt āpli⁹. Jtez
sűt pcõres ceci ī ītellectu · excecauit enī
eos malitia eoꝝ. ps̄. lumē oculoꝝ meo-
rű · ip̄m nõ est mecű. Jgiꝛ ad deű acce-
dāt · qui v̄a lux ē ī quo tenebre nõ sunt
ulle. ps̄. accedite ad deű ꝛ illumīamini.
Jtez pcõres sunt ꝟui. Oīs enī qui facit
pcīm · ꝟuus ē pcti. Jo. 8. iõ accedāt ad
deű qui ab hac liberat ꝟuitute. vnđ idē.
si filius liberauit vos v̄e liberi eritis.
Jtez pcõres sűt captiui: a dyabolo detē
ti. Jsa. 46. aīe eoꝝ ī captiuitatē ibunt.
Accedat ergo ad deű qui nõ dedit aliud
p̄tiű: nisi seip̄m ꝓ nr̄a redēptione. Jsa.
45. captiuitatē meā dimittet · nõ in p̄tio
nec ī munerib⁹. ꝛ iterum. g̃tis venum
dati estis · ꝛ absq̄ȝ argēto rꝛdimemī. Jtē
pcõres sűt laxati ꝛ fatigati onē pcõruȝ.
Jsa. 46. Onera viā g̃ui pōdē vsq̄ȝ ad
lassitudiēȝ. vnđ necessariű ē illꝛ ad deuȝ
accedē · qui tollat hec g̃uamīa · ꝛ dat fa-
tigatis requȝ. Mat. xi. venite oēs qui
laboratis ꝛ onerati estis · ꝛ ego reficiam
uos. vltio pastõēs sűt mortui. pcīȝ.n.
tāq̄ȝ venenű tollit vitá aīe: ꝛ iõ sűt se-
dētes ī tenebris ꝛ vmbra mortis. Qua
ꝓpꝛ necessariű ē nobis ad dñm accederꝛ
qui est vita pura ꝛ eterna: vt mens nr̄a
viuificeꝛ. 1. Cor. 15. Sic ī adā oēs mo-
riunꝛ · ita ī xpo oēs viuificabűꝛ. De
īde ostēdiꝛ ad quid accesserint pcõres ad
xpm / vt audirēt illű / đlectabāꝛ pcõres
audire v̄ba xpi · qui rōabilr̄ peccata rep
hēdebat: q꞉ nõ cű austeritate · sȝ benigne
eos admonebat · q꞉ nõ fulmīabat ad cõ
demnādű: sȝ miꝟicorditer spē venie ꝓ-
mittebat. Secűdo põiꝛ iniquus mur
mur iudeoꝝ / Et murmurabāt phēi / q̄
religionis cultu ꝛ silata scītate ab aliis
erāt diuisi / et scribe / qui legis notitia
erāt doctores ppl̄i / dicētes / nõ quideȝ
murmurabāt de eo q̄ pcõres appropinq̄
bāt xpo · sȝ q꞉ ad se appropinquātes reci-
piebat ꝛ mādūcabat cű illꝛ / q꞉ hic / q̄ cre
diꝛ bõus ꝛ scūs / pcõres recipit / ad suaȝ
cõuersatõem ꝛ g̃raȝ / et / qđ āplius ē /
māducat cű illꝛ / tāq̄ȝ amic⁹ eoꝝ. Si co
gnouissēt scribe ꝛ phēi: q꞉ xp̄s vēit ī hűc
műdű pcõres saluos facē · vt dixit apo-
stol⁹. 1. Thi. 1. neq̄q̄ȝ murmurassent si
eos rꝛcipiebat · nõ enī sanaꝛ īfirm⁹: nisi ac
cedat ad ip̄m medic⁹ · nec illumīaꝛ tene
bra nisi p̄sētia lumīs · nec viuificaꝛ cor-
pus: nisi adsit vita. Si enī xpo tāta fuit
cura đ pcõrib⁹: vt ꝓ illꝛ carnē sűmēt ꝛ
moreretur · non est miruȝ si eos recip̄ie
bat vt cõuersando cű eis cõuerteret eos
a peccatis · sanaret et illuminaret. hoc
enim totum fuit benignitatis ꝛ miseri-
cordie: sed murmur scribaruȝ ꝛ phēoꝝ
erat arrogantie ꝛ superbie ut dicit Gre
gorius. Secunda pars.

Ecūdo cuz dici tur Et ait ad il los. pōit vna pabola q̄ declarat q̄nto labore xp̄us errātes pquirat. ⁊ sex facit. p̄ enī tāgit multitudo subiectoꝝ xp̄i // Et ait ad illos pabolaz istā dicēs // Gregori⁹ similitudiēz dedit quā ⁊ hō i seipo recognosceret. ⁊ tamē ad amorez hōinū ptinēt // Quis ex vobis hō // iter eos q̄rit quis sit iste hō ⁊ ip̄e est hō iste: sz ip̄z nō cognoscerēt. Jo. i. medi⁹ aūt vr̄uz stetit quē vos nescitis // qui habet centū oues // Oues xp̄i ꝑm Hiero. totum hūanū genus est. Eze. 34. greges pascue mee vos hōies estis. ex qb⁹ ouib⁹. 99. sūt iusti. vna vero ē pcōr ꝑz qꝫ dr̄ i fine istius pabole. vel ꝑm Amb. oues xp̄i vnū sūt genere ⁊ nō spē angeli. s. ⁊ hōies qz vt dic Gre. ip̄e centuz oues habuit: cū scōꝝ angeloꝝ ⁊ hōinū numerū possedit. ex quib⁹ ouibus nonaginta noue angelici sūt spūs. i vna pdita oue gen⁹ humanū itelligit. diues igit est iste pastor vt dic Ambro. cui⁹ nos oēs centesima portō sum⁹. Secūdo pōit vni⁹ ouis pdite reqsitō // ⁊ si pdiderit vnā ex ill' // Gre. vna igt ouis tūc piit q̄ndo peccādo hō pascua vite reliqt. sz audi pastoris dilectōz ⁊ benignitatē // Nōne dimittit. 99. // i deserto // desertū ē celū. qꝫ prim⁹ āgel⁹ deseruit: sicut ⁊ hō. ꝑpcūz i quo celo saluator nr̄ ver⁹ pastor ouiū nonaginta nouē reliquit oues. nouē. s. btōꝝ spūūz ordies. vz angeloꝝ. archāgeloꝝ. vtutū. ptātū. pricipatuū. dōiatōnū. tronoꝝ. cherubin. ⁊ seraphin. quos ꝑm matheū dr̄ reliquisse i mōtib⁹. i. i sublimibus celoꝝ. nō quidē ꝑm diuinitatis p̄sētiam ꝑm quā vbiqz p̄sens ē. nec ꝑm gubernatōm. cui⁹ ꝓuidētia ⁊ ptās ad oīa diffundit. sz dimisisse eos dr̄ rōe hūanitatis assūpte: ꝑm quā venit i mūdum. Nusqz enī angelos app̄hendit sz semen Abrahe. vel dimisit eos q̄ntū ad hunc ordiez ꝓuidētie: qui ē redimē deliq̄ntes: nec enī angeli qui nō peccauerūt necesse hēbāt tali ꝓuidētia. hii v̄o qui peccauerūt relicti sūt. eo qꝫ redemptōis capaces nō fuerūt // Et vadit ad illā q̄ pierat // pria via ip̄i⁹ fuit de celo i terrā i icarnatōe. Secūda via fuit p mūdū istū p̄dicādo i fame ⁊ siti atqz multis laboribus. Tertia via fuit ad mortez. Quarta via fuit ad iferna. Quita via fuit regressus ei⁹ i celū // donec iueniat illaz // Seipaz pōt ouis pdere. sz opus ē illi reqsitōe. nā seipaz pditā iuenire non pōt. ps. Erraui sicut ouis q̄ piit. inuenit hōinē q̄ndo carnē assūpsit hūanā. iuenit eū p̄dicādo ⁊ cōuersādo nobiscū. iuenit eū i morte. qz recupauit eū de manu dyaboli. iuenit eū i interno. vnd̄ eū adduxit i celū. Tertō pōit iuente ouis susceptō // Et cū iuenerit illā // Gre. nazazen⁹ dic. cū pius pastor ouē pditā repisz. nō puniuit. nō v̄berauit. nō vrgēdo duxit ad gregē. ip̄e enī penas v̄bera ⁊ maledicta digna oui sustiuerat. vnd̄ eā noluit molestare: sz suppōnēs hūlr humeris ⁊ portās clemēter ānumerauit gregi. unde seqt // Impōit sup humeros suos gaudens. Hiero. ouē igt bōus pastor. quia ꝑpt nimiā ifirmitatez ābulare nō poterat. ꝑprius hūeris reportat ad reliquuz gregē. Tūc v̄o vt dic Gre. ouē hūeris iposuit suis. quādo nāz hūanā suscipiēs peccata nr̄a ip̄e portauit. ⁊ Ambro. xp̄s se suo corpe reuehit. qz tua in se peccata portauit. hūeri v̄o xp̄i vt dic Ambro. cru. is brachia sūt. Et attēde q. xp̄ us gaudens iposuit ouez hūeris suis. quia sz magnus fuerit dolor passiōis ⁊ mortis. quando genus humanuz requisiuit

⁊ hūeris īposuit. hūc tamē laborē ⁊ dolorē sustinuit letanter. vt pditā ouem recuperaret. Quarto pōit suscepte ouis reductō // Et veniēs domū // domus ad quā rediit xp̄s cū oue īuenta celestis est curia. ad quā reuersus est. cū celū ascēdit. Ascēdens enī ī altū captiuā duxit captiuitatem ⁊c. Quīto ponit reducte ouis gaudiū ⁊ exultatō // Conuocat amicos ⁊ vicinos suos // spūs angelici amici xp̄i sūt ⁊ vicini. nā ut dic Theo. supne v̄tutes oues dicunt ī cōpatōe ad deū. cuius respectu ōnis nā creata bestialis est. s3 tamē ī eo q̄ rōales amici et vicini dicūt. amici q̄dem vt dic Gre. q2 volūtate eius in sua stabilitate custodiūtur. vicini v̄o q2 claritate visionis illius assidue perfruunt. vel iō vicini dicunt ex eo q̄ angelica nā rōe nobilitatis substātie, proximior est deo oī creatura scdm q̄ dic Aug. 12. cōfe. ⁊. duo fecisti dōine vnū ppe te. s. angelicā substātiā. ⁊ alteꝝ ppe nihil. s. māam primam: istos angelicos spūs xp̄s cōuocauit. qn do redemptōis hūane misteriū eis māifestauit iterrogātib9. quis est iste q venit de Edom tīctis uestib9 de bosra. iste formosus in stola sua. gdiēs in multitudie fortitudīs sue. Ysa. 63. Et respondit. Ego qui loquor iustitiā ⁊ ppugnator sū ad saluādū // dicēs. cōgtulamini mihi // i. simul // oēs // mecū ⁊ mihi gtulemini // q2 īuēi ouē meā q̄ perierat // Lu. 15. Epulari ⁊ gaudere oportebat: quia fr̄ tuus mortuus erat ⁊ reuixit. perierat ⁊ īuentus est. Et notādū vt dic Gre. q2 nō dic cōgtulami īuente oui s3 mibi. q2 v3 eius est gaudiū vita nr̄a. ⁊ cū ad celū reducimur solēnitate3 letitie eius īplemus. vel iō cōgtulādū ē sibi: q2 nō frustra laborauit: nec frustra mortuus est. ex quo īuenit ouē pditam. oui v̄o nō est ꝯgratulādū. q2 nullis suis meritis inuenta est. Sexto ista pabola ouis adaptat ad ppositū // dico vob // murmurātib9 scribis ⁊ phēis de eo q̄ pcōres recipio. // ita gaudiū est ī celo // angelicis spiritib9 qui gaudēt eo q̄ numer9 angeloꝝ supplet. ex cōuersiōe pcōꝝ // super vno peccatore pn̄iam agēte // Nō ē gaudiū solū de redemptōe generali humani generis: s3 quacūq3 hora cōuertit vn9 pcōr gaudiū fit ī celo. Dic enī Dyo. in quadā ep̄la. q̄ Carpus quidā vir magne scitatis adeo moleste ferebat qndā fidele3 esse peruersum a quodā īfideli. vt vtriusq3 morte3 mirabilē ardēter desideraret. Cui circa noctis mediū apparuit hiesus ī aere cū multitudie angelorū. in terra v̄o appuit fornax accensus ad quē trahebātur duo illi hōines. Illo v̄o tendenti magno desiderio vt mitterent ī fornacē. ⁊ moleste ferēte dilatōm pene. ecce xp̄s mixtus descendit a solio ī terrā. ⁊ extēsis maib9 hōies illos eripuit: eleuataq3 manu dixit ad Carpu3. iteꝝ pcute me lancea. paratus enī sum rursus mori p salute istoꝝ. Est enī gaudiū deo etiā ī cōuersiōe vnius hōis peccātis. p quo si non sufficeret passio sua rursus pati ⁊ mori sit paratus // quam sup nonagīta nouē iustis. qui nō īdigēt penitentia // Si enī pn̄ia nō īdigent nullu3 gaudiū pōt esse de cōuersiōe eoꝝ. sed tamē gaudendū est in celo de īnocētia ⁊ pseuerātia ipoꝝ. q2 vt dic Greg. plerūq3 sūt iusti in quoꝝ vita tātum est gaudiū vt eis quelibet pcōrū venia prepōi nullatenus possit. Querit Au. 8. cōfe. 3. quid cāe sit. ut maius sit gaudium de salute despate aīe: q̄3 de ea cui9 semp fuit spes salutis: sic enī esse multis appa ret testimōiis. ⁊ adducit quinq3 exempla. triumphat enim victor imperator

ꝛtanto maius eſt gaudiuꝫ victorie · q̃n to maius fuit piculū in ꝑlio. Iteꝫ tempeſtate nauē iactātē cū trāquillatum fuerit celū ꝛ mare oēs nimis exultant · quoniam timuerūt nimis. Item cū ſanitati reddit quē amauim⁹ · tale fit gaudium quale nō fuit · cū ante fortis eſſet. Item ebrioſi quibuſdā ſalſamētis vtūtur · q⁹ ſiat moleſtus ardoꝛ · quē dū extīguit potatō · maior ſit delectatō. Iteꝫ īſtitutū eſt vt ī pacte ſpōſe nō tradātur ſtatiꝫ · ne vilē habeat maritus datā · quaꝫ non ſuſpirauerat ſpōſus dilatam. Et dicēdū ꝙ generalis cā iſtoruꝫ eſt: qꝛ gaudium naſcit̄ ex amore p̄ſentie rei amate. Cuꝫ igit̄ res quā amauimus pdita eſt · aut q̃ ui expoſita piculo · quaſi ꝓ nō habita reputat̄. Sꝫ cū acqritur ac nouiter habet̄ gaudemus · ꝛ tāto amplius de ei⁹ īuentōe q̄ꝫ pria acceptōe · quāto magis nunc diligit̄ q̄ꝫ anteq̄ꝫ haberet̄. vnde magis gaudet pr̄ de filio reddito ſanitati · q̄ꝫ ga ni⁹ fuerit cū natus fuit: qꝛ magis poſtea dilexit q̄ꝫ ante natiuitateꝫ. ꝛ magis gaudet hō de reditu amici · q̄ꝫ de eius inuētōe pria · qꝛ mutuap uerſatō eū apli⁹ fecit diligētē. Ex hac aūt generali cā ſumūtur ſeptem rōes q̄re maius gaudiuꝫ eſt de cōuerſiōe pcōꝝ q̄ꝫ de iuſtis · q nō īdigent pnīa. prīo qꝛ xp̄s magis laborauit ꝓ cōuerſiōe peccātiū. ſ. vſqꝫ ad moꝛ teꝫ. Magis aūt diligim⁹ ī quibus amplius laborauimus. vnd mr̄ plus amat filiū. qꝛ magis ī eo laborauit · ꝛ hōines plus diligūt acqſitas pecunias · q̄ꝫ donatas: aut hereditates poſſeſſa: ꝓpt̄ qd̄ videmus eos eſſe ceteris amatioꝛes. Secūdo rōe maioris grē. maior enim grā cōcedit̄ peccatorib⁹ q̄ꝫ iuſtis. Ro. 5. ubi habūdat delictum ſupabundat ꝛ grā. magnum enim eſt inimicos ſibi recontiliare · vnde magis eſt gaudium. Tertō quia maiuſ gaudiū eſt de maiori victoria. vt aūt dīc Auguſtinus · pleni⁹ vincit̄ hoſtis in eo quē plus tenet · ꝛ iō de cōuerſiōe pcōꝝ qui detinent̄ a dyabolo maius eſt gaudiū. Quarto quia ī cōuerſiōe peccatoꝝ eſt gaudium de liberatōe a malo · ꝛ adoptōe bōi. gaudiū vo de iuſtis eſt ſolū de ꝓſecutōe boni. Quinto ꝑm Gre. quia peccatores cōuerſi cōſueuerūt fortius dimicare cōtra dyabolum · q̄ꝫ iuſti plures: ꝛ iō maius eſt gaudium · ſic dux amplius illum militeꝫ dilexit · qui poſt fugam ꝛ vulnera reuerſus fortiter ꝑmit hoſtē · q̄ꝫ eū qui nunqꝫ fugit · nec tamē virile aliqd fecit. Sexto ꝑm eūdem · qꝛ pcōres poſt cōuerſiōm cōſueuerūt amplius in ſāctis opatiōib⁹ fructificare · cōſiderantes vite p̄terite ſtatū. vnd agricola magis illā terram diligit q̄ poſt ſpinas ꝛ tribulos vberes fructus ꝓducit: q̄ꝫ eā q̄ nūq̄ꝫ ſpinas habuit · nec tamē multū fructus ꝓduxit. Septīo ꝑm Aug. qꝛ peccatores ſūt exē plū ꝯuerſiōis aliis: ꝛ iō tāto mai⁹ ē gaudiū de ipīs · quāto plures eoꝝ exemplo ſunt cōuertendi · ꝛ plures a fidelib⁹ deo ſūt laudes reddēde ꝛc. Tertia pars.

Ertio cum dicitur Aut que mulier. ponit̄ ſecūda pabola in qua declaratur quanta ſollicitudine ꝛ diligētia xp̄s perditos inueniat. vbi quattuor facit · premittitur enim rōalis nature numerata diſpoſitō // Aut que mulier // Gregorius. Qui ſignificat̄ ꝑ paſtoꝛem · ipſe ꝑ ꝛ mulierē · ipē eſt deus · ipē ꝛ dei ſapīa // habens dragmas decem // dīc magiſter Otto ꝙ hec dragma huius dragme eſt num⁹ certe quātitatis · ī quo ſenſu accipit̄ hic · hec dragma dragmatis ē q̄rta ps ſtatēis · hec dragma dragmatis

vel drama dramis est genus carminis
quo amoris cāticū conscribitur. de quo
dicit ante thoꝝ huius v̄ginis frequenta
te nobis dulcia cātica dragmatis vl' dra
mis. Si aūt in centū ouibus oīs creatu
ra rōal' itelligit. eo ꝙ spālē ipi⁹ curam
habeat deus: sic pastor ouiū: ita ī decez
dragmis eadē ratōalis natura intelligit
hōīū ⁊ āgeloꝝ: q2 ut dic Cirillus drag
ma num⁹ ē. ipsā habēs regis imaginē
oīs v̄o creatura rōal' ad imaginē dei et
similitudīem cōdita ē. Jrē cōuenienter
dicit numus. q2 sicut numo cōpant oīa
ita seipm dat qlibet p̄cium ꝓ regno dei.
vnde Gre. regnū celoꝝ tātū valet: qn
tū es. Jtem habuit xp̄s decē dragmas.
q2 vt dic Gre. nouē sūt ordines angelo
rū. quib⁹ addit⁹ hōīū ordo fit dragma
decima. Secūdo ponitur sollicita ꝑ
diti hōīs iquisitō // Si ꝑdiderit dragmā
vnā // Gregori⁹. tūc ꝑdita fuit dragma
quādo homo q ad imaginē dei cōdit⁹ fue
rat. peccādo a similitudine sui cōditoris
recesserat. Cotidie adhuc ista dragma
ꝑditur. vel in puluere diuitiaꝝ: vel in
luto luxurie. vel in diuerticulo cuius
cūqz erroris. Deīde triplicē pōit sollici
tudinem inquirēdi. prīa est // Nōne ac
cēdit lucernā // Gre. dei sapīa appruit in
hūanitate. lucerna quippe lumē in testa
est. lumē v̄o in testa diuinitas ē ī hūa
nitate. Jsta v̄o lucerna accensa refulsit
miracul'. inflamauit dictis: ⁊ illumina
uit exemplis. collocatus enī erat homo
ī obscuris. ⁊ in vmbra mortis. vnd' istā
oportuit lucernā accēdere. Secūda sol
licitudo est // Et euertit domuz // Jn alia
lr̄a dicit. Et emūdat domū. Nam euer
tens xp̄s domū cōsciē: qd' sit duz assueta
vitia relinqmus. ipam ēt domū cōsciē
emūdat ab omni rubigine. vt reluceat
cōditōis imago. vel domus est mūdus

iste. quē euertit xp̄s vt ꝑditū hōīem in
ueniret. Eiecit enī pricipem eius dya
bolū cūcta mūdi delectamēta vertit in
fastidiū. diuitias iussit cōtemni. ⁊ men
tez ī celestia figere. Sic igit euertit do
mū: vt mūdum nouuz fecerit. Tertia
sollicitudo est // Et querit diligenter // di
ligenter querit qd' itme diligit. Sic ue
ro ostēdit xp̄s dilectōem suā ad nos: vt
aīam suā posuerit ꝓ nr̄a inuētōe donec
inueniat. Nō enī destitit querere. donec
inueniret. quesiuit enī vsqz ad cōtume
lias: vsqz ad minas: vsqz ad flagella
vsqz ad mortē: vsqz etiā ad infernū. vn
de v̄sus. Sputa. flagella. mine. crux.
claui. lancea. spine. Felici fine sunt nr̄e
meta ruine. Tertō ponit inuentōis
exultatō // ⁊ cū inuenerit // nō mirū si iue
nit eā: quā vbiqz etiaz vsqz ad inferna
quesiuit cū diuinitatis lucerna ardēti //
Cōuocat amicos ⁊ vicinos dicens // sup
ne v̄tutes amice dicūtur. ⁊ vicine dei.
q2 vt dic Theoph. q2 exequūt eius vo
lūtatez. iō sūt amice. q2 v̄o sūt in corpee
iō vicine. vel vt idem dic forte amice
sūt oēs supne v̄tutes. vicie vero sunt
ꝓpinquiores. vt throni cherubī ⁊ sera
phin // Cōgtulamī mihi q2 inueni drag
mā quā ꝑdideram // cū deus eternū de se
ipo habeat gaudium: ⁊ angeli gaudeant
in eo. gaudet tamē etiam de cōuersione
penitentium: quādo id qd' p̄destinauit ī
pletur. nec illud gaudiuz est deo nouū
aut tempale. ſz eternum. Angeli vero
quib⁹ effectus p̄destinatōis innotescit d'
nr̄a conuersiōe temporaliter gaudent.
Quarto ꝑabola ꝓposito adaptatur // ita
dico vobis. q2 gaudium erit angel' dei //
qui sūt vicini ⁊ amici xp̄i // sup vno pec
catore pniāz agente // Gregori⁹. pniāz
agere est ꝑpetrata mala plāgere. ⁊ plan
